DE AMORIS GENERIBVS.

n On incōmodū fuerit: si uel cōpendio dicemus quæ res quæstiões ī unoquoq; Anteroticorꝫ libro cōtineantᷓ. Hoc ení pacto materiæ pars quælibet poterit facilius & ꝑcipi & inueniri. Sūt aūt libri tres: quos auctor ipe de amoris etiā generibꝰ īscripsit. Primi libri procemiū īdicat q̄ suauia: q̄q; utilia sint studia litterarꝫ: ea ꝑserti quibꝰ ueritas quæritᷓ. Præterea exhortatur eos: qui liberalibꝰ cupiūt dare operā disciplinis: ut duo maxie uicia deuitent. supbiā & luxuriam.

QVINTII AEMYLIANI CIMBRIACI POETAE EPOS HENDECASYLLABICON IN PETRI HAEDI ANTEROTICA AD CVPIDINEM.

Lasciuiæ Veneris puer cupído:
Seu te cypris erota nominauit:
Qum lux noua puerperam citabat:
Vt te nominibus tuis uocaret.
Herbam porgito uictus Anteroti.
Mandato & pharetræ leues sagittas
Extinctis faculis: malum uenenum.
Hocce Hædus fieri dei sacerdos
Horum auctor iubet Anteroticorum:
Qui sane monitore: nemo se unq̃
Scribet militiæ aut sciens sequetur
Duri blandítias tui furoris:
Qui uiuum haurit amasiis cruorem:
Nec tactis edit ossibus medullas.
Hinc pallent iuuenum ora decolorum.
Hinc nec pocula nec cibos amascunt:
Nec somnos. agit hoc dolor subinde
Intentans animo faces amantum:
Quem nec pharmaca semiequi leuarent
Chironis: neq; præpotens cythæis:

Aut circes magicis: comeſſe flamma
Pergit uiſcera clanculum miſellis.
Ergo ne pereant: ſenis legunto
Hos Hædi iuuenes graues libellos.
Sic certam in ſuperos uiam uiabunt:
Statim lumine charitatis orto.
Quod ſi liuor edax: ut eſt ineptus.
Aduerſum cynodontas explicabit.
Senſim phama tamen perinde maior
Citraq; inuidiam rogos ſequetur.

:: FINIS ::

.I.

PETRI HAEDI SACERDOTIS POR/TVSNAENSIS : AD ALEXANDRVM EX FRATRE NEPOTEM : IN ANTEROTICORVM LIBRVM PRIMVM PROEMIVM :

p Hilosofiam iusq; uel ciuile : uel põtificium mi Alexander rudis etiã ingenii adulescentes breui assequerentur : si qua in disciplina uersantur : eam summo studio & diligentia cõplecterẽtur. Accendunẽ oẽs scientiæ cupiditate : in eaq; excellere pulchrũ putant. Sed iccirco rara ẽ uirtus : q; arduo ĩ loco sita : assiduis magnisq; laborib; quæratẽ: difficilisq; ĩuentu sit. Non igiẽ abs te contendo uoluntatem sapiẽtiæ capessendæ. Nã istam uideo tibi nõ defuisse : neq; unquã defuturam : qui sponte ad euganeorũ urbem illã diuerteris : in qua maxĩe florerent hoc tẽpore studia literarũ : q; ex his arbitrarere nõ solum fortunæ bõa cõmoditatesq; corporis : uerũ etiam incredibilem quãdam animi uoluptatẽ fœlicitatẽq; pficisci. Et recte quidẽ eiusmodi proficiscũtur. Affert enĩ sapĩa diuitias: opes: potẽtiam : honores: laudẽ: gloriam: iucũditatem: & (id quod maximũ est õnium) ueri cognitionẽ. Quo fit : ut homĩes deo & pximiores sint & amiciores. Contendo inquã

Virtus

Sapientia

Modus sapientiae quaerendus est

abs te: nõ ut sapiens esse uelis: id enĩ ut dixi nẽmo ẽst
qui nolit. sed id ut uelis: quo sapiens esse possis: Quod
quidem fit assidua cura: studio: labore: tã & si quis nõ
laborat? Nati enĩ ad laborẽ sumus: & labore quærũt
õnia. At iste labor ut fugiẽdus est nemini: ita omĩbus
summopere expetẽdus. primũ q liberalis: deĩde q dul-
cis & iucundus: præterea q breuis: deniq q & utilissi-
mus sit & celeberrĩus. O laborẽ libero uiro dignum:

Labor litterarius

cui quidem nisi laboribus ceteris curisq uacuus: recte
dare operã nemo potest. Ociosos enim & quietos esse
oportet: qui philosophãtur. Quãq autẽ labor ãimi sæ-
penũero nõ mĩor est q corporis nihil tamẽ factu ẽ dif-
ficile: quod ultro sponteq facias: tã & si labor iste eo ti-
bi uidebit facilior: quo suauior extiterit ac iucundior.
Quid aũt suauius? quid iucundius: q iis ĩ studiis uer-
sari: quibꝰ uestigat ueritas: in qua quãto ãplius pfe-
ceris: tãto fias eruditior. Quid uero de laboris breuita-
te loquar: qui quãto magis assiduus obstinatiorue fue-

Assiduitas breuitatis causa existit

rit: tãto breuior sit necesse ẽ? Sequet deĩq hãc nõ mõ
laboris: uerũetiã tẽporis breuitatẽ utilitas quedã: non
solũ gloria. Sũptus enĩ mĩores fient. augebit & res fa-
miliaris & nomen tuum. Quod si pleriq maximos la-
bores suscipiũt adipiscẽdarum diuitiarum causa: quas qui-

Comoditates gratia opes quaeruntur

dẽ scimus incertas esse & casui subiectas: easq tanta
cupiditate: studio: cura quæritãt: ut ne maris quidẽ la-

Sapientie thesaurus oim est preciosissimus

tronũ ue discrimĩa formident. quid tu hec præclarũ ac pene diuinũ negociandi genus aggredi metuas: cuius iucũdissima lucra fructusq; dulcissimos neq; tu amittere: neq; auferre fortuna possit? Quis igit̃ nõ cẽseat pciosum inæstimabileq; sapiẽtiæ thesaurũ summo etiã labore: õibusq; fortunæ bonis cõparãdũ? Repiũtur aũt qui & si tantum in ea re studiũ tamq; multã opam ponẽdam nõ rephendũt. reissius tamẽ agũt. Huiusmodi aũt potissimũ esse solent: qui non amore sapientiæ: sed noĩe tantũ splendoreq; deliniti. uix præter togã quicq̃ habent quod ptineat ad phãdi rõnem Qui aut inani nobilitate aut opib; freti: spectaculis sodalitatibus: cœnisq; delectãtur. Qui post crapulã plerũq; noctes ĩsomnes ducũt: non legendi sed ludendi causa. & utinã nõ etiã furandi: debacchandi rixandi. A quo enĩ scelere abstĩeat hoc hoĩum genus? qui a patria potestate fere liberi: uino ac crapula præsertĩ & sodaliũ comitatu fiũt audaciores? Existimant licere sibi oĩa. suũq; q̃q̃ ĩmane facinus aut nobilitatis confidentia: aut suffragiis amicorũ culpaue sodalium aut dẽiq; pecunia tegi sperãt. Quis horũ sit exitus nõ solũ ex ĩicio actionũ pcessuq; studiorũ: sed quotidiaĩs etiam exẽplis intelligi satis põt. Nam cũ fere senuisse se aĩaduertũt: nihilq; habere præter tritam & scissam togam: quo se diu ĩ schola testẽtur uersatos esse: aut despantes deserunt studia

Studia

Ociosi et voluptati dediti

Interitus hominum exitus

Infelices q̄no studia
male cessere

literaꝝ: aut ita doctores fiũt : ut facile ĩtelligas eos ĩsi-
gnia tantæ dignitatis non meruisse quidē sed emisse.
Quo quid pōt eē turpius? quid ignomĩosius? quid ad
obscuritatē aptius? Eo enĩ sæpe fit: ut qui litteris uel in
signibus potius nobilitatē diuitias ue ornare uoluerũt
appareant uiliores : apud eruditos presertim & claros
uiros : a quibus illos maxime probari oportuit. Quid
ꝙ his ipsis etiam q̄ doctissimis plerũq; ĩter patrocinan-
dum ceterisue de litteris disputandũ obiicitᷣ male an-
te acta uita? Miseri quidē homines: sed illi miseriores :
quibus parentes assiduo sudore & magno sæpe cōflato
ære alieno uictũ quæsiere. Habēt nobiles & opulenti :
quo suũ dedecus aut contegant aut diminuãt: idq; pre
cipue apud uulgus. Humili autē loco nati qui patri-
monio effuso nihil fere præter ignauũ corpus domum
retulere: aut ita quidem uixere: ut faĩliæ nō tam paup-
tati q̄ dedecori & ꝓbro essent: nō uideo cur non poti-
us secedãt ĩ barbaras ignotasq; regiones: q̄ ĩ patria uer
sentur: ubi & derisioni & ludibrio expositi sint : pate-
antq; oĩbus. Neq; uero id dixerĩ: quo quicq̄ tale de te
aut credã aut metuam: quē sicut cupidũ sapĩæ : sic quo
ꝙ puto studiosum existere ac fore : sed quo currentem
(ut aiũt) concitarem: redderēq; ꝑiculo detecto cautiorē.
Quãq̄ haud satis ē cognoscere : quã in ruinã incidere
quisq; possit : ni etiã intelligat quēadmodũ sibi eundũ

Gymnasium

.III.

sit ne labat᷑. Lubricũ iter ē. Gymnasiũ aũt insidiantiũ
feraꝝ plenũ: ipisq; ueteranis primescẽdũ. Tironibꝫ ue
ro q̃ sit piculosum sine cõsilio certare: declarãt eorũ cre
bra uulnera & frequẽs repẽtinusq; interitus. Itaq; si me
audies: ad quẽ laudis quoq; tue gloria ptinet: certe pau
cis post ãnis: nõ mõ tutus ac (ut liberius dicã) icolumus
uerũetiã q̃ doctissimus domum reuertere: quã cõfido tan
dem aliquãdo uirtutũ maꝝ splẽdoribꝫ fieri ornatiorẽ.
Fiet autẽ si duo maxīe uitia uitabis: supbiã ac uenereã
illam uoluptatem: quam uulgatus luxuriam appellant. — Studiosis duo potissimum vitanda
Quoꝝ altero qui fuerit affectus: ita ptinaci quadam ar
rogantia: & rapit᷑ & tenetur: ut eum sæpe pudeat quæ
nescierit quẽpiam: uel p quã eruditum interrogare: ma
litq; apertis oculis cecus & esse & uideri: q̃ his colly
rio inunctis depulisse tenebras. Neq; solũ negligis edo
ceri: sed etiã docere. Quibus in rebus consequende reti
nendeq; discipline ius: & ratio maxime uersat᷑. Alteri
uero uicio qui se se dederit: is profecto uires omnes cor
poris animiq; pdiderit. Quod quidem nõ fugit poetas — Cupido
eos: qui Cupidinẽ illũ uenereũ finxere: eundẽq; libidīs
auctorẽ esse uoluerunt. Huius autem effigies quid sibi
uelit: utinã omnes tã facile optarẽt & scire & obserua
re. q̃ plane norunt qualis sit. Est enī etiam uulgo cogni
ta imago: ne dicã q̃si deus aliquis exculta & cõsecrata.
Sed eo ī errore uersant᷑: quoniã (ut dixi) quid sibi uelit

furis

eiuſcemodi figurã: aut non oĩo didicerunt: aut rem iam pridem inueſtigatã: q nondũ omne in illa periculũ feciſſent: diſſimilãdã eſſe negligẽdãq putauere. Haud eĩ lõge abſunt a furibus: quorũ pleriq ne in ipſo quidẽ ſociorũ ultimo ſupplicio abſtinent a furtis: q illos ſecordes: inertes ac minime cautos aſtuteſq fuiſſe opinant͂. Nec ante ĩtelligunt ſeſe haud fuiſſe ceteris callidiores: q̃ in ſcelere dephenſi æque pœnas pendunt. Quoniam igit͂ eiuſmodi formæ interp̃tatio & cognitu pulcherrima eſt: & ad moderandã uitam neceſſaria: exiſtimaui nõ cõmittẽdum: quin ea mandarem litteris: quæ hac ipſa de re Antonius Philermus accurate ſane ac diligenter diſputauit. Nam calendis Maiis cũ in. Q. Emyliani Cimbriaci domum una cum illo ueniſſem: non tam cœnandi (Nos enĩ is pridem inuitauerat) q̃ familiaritatis confirmande: & recreandorũ animorũ gratia: hũc in bibliotheca cõmorantẽ: ſpectantemq Cupidinis imaginẽ tabula eleganter pictã: comiter aggreſſi ſumus: At ille ubi nos reſpexit: cõtinuo ſurridẽs ut aſſolet: ita cœpit.

ANTEROTICORVM LIBER PRIMVS DE CVPIDINIS NATVRA.

PERSONE COLLOQVENTES EMYLIANVS CIMBRIACVS POETA: PETRVS HEDVS SACERDOS ANTONIVS PHILERMVS.

.IIII.

FMYLIANVS.

Eo iā accestis? Nondū enī cocus om
nes assauit hædos. HEDVS. Istuc
certo scio: atq; hoc ipm & stās & lo
quēs testor. Sed quid agis? Quid cō
templaris? O he cupidinē obseruas?
Metuis credo: ne si hūc nō crebro cernas: aīo tandē ex
cidat. EMY. Haud sane uaticinatus es. Quin potius
admiror pboq; īgeniū eorꝝ qui hunc aptissime finxere
poetarꝝ. ANT. Si igit̄ ītelligis quā obrē isto mō amo
rē pīgi uoluerūt. Neq; eī pceptorē decet poetā pserti: hu
iuscemōi disciplīæ ignorare causas) cur cōtra ac sentis &
prudēs & sciēs facis? EMY. Nō facilē (ut fortasse pu
tas) neq; breuē hac de re sermonē īter nos uideo fore: si
disceptare cōtēdereq; cœpimus. Quare post cœnā ī hortu
los tuos Hede si placet cōcedēus: ubi te iudice si nō ob
stat antonius: quid hic egoq; ualeamus expiemur. AN.
Nō repugno: imo uero hēbo grās. Frustra eī disseremus
nisi eēt qui uerissimā tādē ferret eiusmōi de disputatiōe
suīam. HEDVS. Placet ut ad hortulos ī primis: deīde
cū aduespascet ad ædes uel tuas antoni: uel meas diuer
tamus. Iudicādi āt munus suscipiāt eruditiores. Ego eī
quid ipa quoq; de qōne sentiā: malī dicere: q̄ de uobis
iudicare. Illud tātūmō efficiā ut quoadiuuēt nostre litte
rēnes uestre neq; mea īteream opinio. Eoq; fiat ut iudi

ces nūc æqui nūc iniqui nūq̄ neq̄ uobis neq̄ mihi de-
futuri sint. Nā ista de q̄one fuere semp uariæ hoīum ꝓ
cuiusq̄ affectu discrepantesq̄ sniæ. Sed de hoc postea.
Nūc ad cœnā discedamus. EMY. Fiat quandoquidē
& tp̄s est: & pata oīa. HEDVS. Solēt īter epulandū
ii potissimū tacere: qui nimia esurie curā ue pmunt̄: q̄
rum alterā & si uarius uobis cibus potuit abstulisse: re-
or tamē ita incidisse uos in alterā: ut qui nōnunq̄ estis
loq̄ciores: mutire quidē hactenus neuter uestrum quiue-
rit: maiori quodā desiderio studio ue affectus. Nā quā-
diu cœnatū est: pspexi utrūq̄ deiectis in mēsam oculis
excogitare magis (ut opinor) quid alter alteri aut obie-
cturus esset: aut respōsurus: q̄ qui cibus ex oīb᷒ lautissi-
mus uideret̄. Ex quo pspicue ītelligit̄ illud nō falsum
esse: nō minus eū laborare oportere: qui animi q̄ qui cor
poris uiribus ē certaturus magnāq̄ uim esse non tā in
dicti belli q̄ suscepti: exquo nō uictoriā solum: sed etiā
laudē & gloriā ps utraq̄ sese domū relaturā arbitrat̄.
Quare si satis pati estis: hic iā in pugnā abeundū cen
seo. ANTO. Ego ut ꝓ me respōdeā nunq̄ nisi arma-
tus iam pridē certamē suscepissem. EMY. At ne ego
quidē id obtuli īermis? Propandū igit̄. Sed si non ma-
gnifico apparatu minusq̄ opipare uos accepi: uelī id eo
cōsilio factū existimetis: ut agiliores oēs ad pugnandū
expiditioresq̄ ess mus. HEDVS. Imo istud ego aua-

riciе:nō etiā frugalitati dandū puto. Itaq̄ tibi non mō nō ē referēda grā:sed ne habēda quidē. ANTO. Ita sane. Nā qui in amicos ē auarior: is ꝓinus erga se il/ los effícit:nō tā illiberales q̄ ígratos. Sed hæc alias:quā doquidē iā aduesꝑascit. Igit̄ tādem aliquando auferri istec hic iubeto. EMY. Vtinā quæ hic mō cōsumpsistis possent his cū reliquiis auferri oīa. Efficerē ꝓfecto:ne frustra de me questi esse uideremini. Verꝝ abeamus:& ne quid amittamus tp̄is:mihi quidē nō inoꝯueniens ui deť:si iter eandū ad hortulos:cœptā iā dudū de Cupi dine q̄ōnē ꝓseq̄mur. Sic.n.imitabimur Aristotelē: qui deambulās disputare sæpenūero solebat. HEDVS. Be ne mones. Sed q̄ iter capis? Nō.n.istac recte ad nostros itur. EMY. Quī ad istos ipos hæc uia & si paulo lon gior:tamē & amœnior & planior ē. Nā istac eūtibꝰ est tū tarditati:tū molestie ī primis tenax cœnū:deíde pa/ lus illa anguibꝰ redūdās: ut omitā ranarꝝ coaxatiōes quæ nos obtūdāt:disputationēq̄ ípediāt. Hac uero(ut nō nescitis)tū floribꝰ distincta prata:tū lætæ segetes:præ terea suburbana ꝑdia ꝑ multa arboribꝰ consita diuersi generis:sed ea ꝑsertim in quibꝰ nostra solet helia uer/ sari:īcredibilē nobis sunt allatura: & refocillationē & uoluptatē. ANTO. Haud falsum ē(ut cerno)æmylia/ ne tritū illud uulgi sermōe ꝓuerbium: linguā assidue ípelli:ibiq̄ ꝑsto esse ubi deus doleat. Quid tu heliā me

Ar lis

Vbi dens dolens ibi lingua

moras: uelut si hanc fortassis offendemus: teq; respexe
rit: nõ continuo pculsus uictusq; nõ ꝓposite quæstionis
solũ: uerumetiã ipe tui oblitus sis. Quod si id ignorat
nondũ sane didicisti: quamobrem cupidinẽ cœcũ finxe
rit. EMY. Si sic existimas Antoni: explica quæso eui
dentius omnẽ quã ea de re ꝓbas tenesq; sniam: ut mi
hi deinde aut negare liceat aut cedere. Nã ista quidẽ
uerba indicant: nullam mihi tecum hac in cõtrouersia
familiaritatẽ esse posse. Quid enĩ tã falsum est: ne dicã
insanum: q̃ cẽsere eum qui uir sit ad unius puelle aspe
ctum posse a ꝓposito deterreri placeq; deficere. ANT.
Vter nostrum insaniat nõ ante iudicato: q̃ in heliã in
ciderimus. Quod si euenerit: nõ magnope mihi elabo
randum esse in respõdendo arbitror: q̃ tum expto ipa
tibi respondebit cõscientia. Siquidem uereor in primis
ne tibi accidat quod Terẽtiano illi phedriæ qui apud
pmenonem seruum queritur: seq; miseꝝ atq; incõstãtẽ
confitetur. Totus inquit tremo horreoq; postq̃ aspexi
hãc. Deinde ne id tibi quoq; possim recte dicere: quod
ille ipe seruus cum dominum ut animo bono esset hor
taret inquit. Accede ad hunc ignẽ. Iã calesces plus sa
tis. Sed opinione fere omnes ducimur. Fallimur igitur
plerunq;. Quid enim quisq; ualeat nõ ante plane intel
ligit q̃ tentauerit. EMYLIA. Recte tu quidem &
sapienter.

Terẽtianus
Phedria

.VI.

II ANTO. Interea uero de cupidinis simulachro quid poete pictoresq; senserint uestigabimus. Et mihi quidem hæc inquisitio nõ omnino facilis uulgarisq; uidetur. Sunt enim quæ multifariam & dicantur & intelligi atq; explicari possint. Sed cauendum est ne sint ineptæ sibiq; inuicem repugnent multiplices numerosæq; sententiæ. Quare quod sentio ita dicam: ut si forte uerisimilius quicquã afferetis: non esse uelim pertinacior. EMYLIA. Prudenter istud quoq;. Id enim ad bonum uirum ita pertinet: ut nihil magis. ANTO. Et si nescio eum esse me quem prædicas: opto tamen is fieri & contendo.

III Sed ad ꝓpositum. Primũ de cupidine quæri solet: an idem ipse sit amor: nec ne sit. Que res ut facilius ualeat explanari: paulo altius repetenda est.

IIII Nam cum plures inueniantur Cupidines: qui sit is de quo dicimus: antea explorandum censeo. Equidem disputans apud Ciceronem C. Cotta in tertio de natura deorum libro: dicit ex ueteri græcia colligi tres cupidines fuisse. Vnum qui Mercurio & Diana natus sit. Alterum qui Mercurio & Venere secũda. Tercium qui idem Anteros Marte & Venere tertia. Verum Tragicus ille (quisquis fuerit quem nonnulli tradunt Senecã fuisse iuniorẽ: ex tribus primum sustulit cum inquit. Dura non miti generata ponto: quã uocat

Tres cupidines

matrem geminus Cupido. Cum igitur ille quãuis Mercurio patre: nõ tamen Venere: sed Diana matre natus sit: apparet nõ esse eum qui amorẽ faciat. Ex duobꝰ autẽ reliquis qui sit is de quo quærimus: magna quæstio est. Nã si poetas imitabimur: qui uident̃ uoluisse eũdẽ ipm esse cupidinẽ: qui nũc afferat amorẽ: nunc auferat (Nã hũc & Tragicus ille ut diximus geminum appellat: & de hoc ipo ĩ Metamorphoseos primo ita inquit Naso. Dixit: & eliso pcussis aere pennis. Impiger umbrosa parnasi cõstitit arce. Atq; sagittifera pmpsit duo tela pharetra. Diuersoꝝ operum fugat hoc: facit illud amorem. Quod facit auratum est. & cuspide fulget acuta. Quod fugat obtusũ est: & habet sub arundĩe plũbum) Si hos ĩquã sequemur: cõtradicemus. C. cottæ siue Ciceroni potius. Sed huic nõ assentiri certe nequeo: qui obscuriora illa pculdubio patefecerit. Neq; enim ueri simile uidet̃: neq; patit̃ ipsa ratio: ut res eadem natura pariat: non tam diuersos q̃ contrarios effectus. Ignis sane afferre calorem potest: auferre nullo modo potest. Erit igitur alius qui faciat amorem: alius qui detrahat Cupido. Uterq; ergo geminus. hoc est. alterius similis dicetur: tum suo atq; matris nomine: quandoquidẽ uterq; & Cupido nuncupatur: & matre Venere quãq̃ non eadem ortus est: tum munere sagittandi feriendiq;: tum deniq; alatum currus equorumq; apparatu.

P. Ovidius Naso

Re autē. hoc est. effectu atq; natura nō dissimilis solū sed oīno cōtrarius hostisq; ꝑpetuus. tā & si illud aduersandi nomē posterior sibi potius uendicat: q̄ prior ille secundū naturā hic contra facere uideat̄. Quod enim .i. anteros græce dicit̄: id latine cōtrarius amori: q̄ huic ille semp aduerset̄. Neq; uero hoc loco amorē a cupidīe iniectū: sed ipm cupidinē iniicīetē intelligo. Nā græci utrunq; uocant: Quos quidē Maro imitatus ī primo æneidos libro amorem deū dixit. Sed tamē eam rē (ut refert Seruius) discreuit epitheto. Addidit enī aligerū. Ita sane effectū est: ut sit prima illa quæstio soluta. aliud cupidīs eē propriū: aliud amoris. Multū .n. inter causam differt & effectū. Cum igit̄ ex tribus eū teneāus Cupidinem: de quo dudū sciscitati sumus: (Est .n. is quē Mercurio & Venere secūda. C. cotta natū retulit.) primū uidet̄ mihi esse dicēdū: cur mercurio & uenere genitus dicat̄. post de eius simulacro atq; forma: que quidē a poetis fere singulis: qui hac de re aliquid scripsere: nō nihil sortita est accessionis. Deīde (ut cōstitueraus) īterpreandum quid sibi unūquodq; uelit. Postrēo nisi uobis erit molestum: nisi tempus defuerit: explicandum quæ natura atq; uis eius quoq; sit cupidīs. quē huic cōtrariū esse dixīus. Id eī ꝑspicio gētis huāni societati maxīe conducere. EMY. Ita fuerit fortasse. Sed cū Anteros iste (ut in-

Ratio tres- sus operis

Cupido naturae exosus

quis (adulterio natus sit: naturaeq; cõtrarius: nõ uideo
cur nõ tanq̃ insigni singularíq; macula notatus & in-
hũanus atq; ferus: sperni ab uniuersis abiiciq; debeat.
ANT. At nõ hũc aut illegitimũ esse diximus: aut cõ
trariũ naturae: sed uideri. Qualis aũt & unde sit: post
uidebimus. EMY. Istud quidẽ Antoni & cupio & op
to: modo prius doceas si potes: quẽadmodũ queat fieri.
ut quã Venerẽ Tragicus & mari genitam & gemini
cupidĩs parentem facit: ea non nisi alterius mater sit.
ANT. Ego uero existimo Tragicũ & si cupidinẽ ge
minũ esse dixit ꝙ duobus idem nomẽ sit: uerba tamen
sensũq; nõ nisi ad eũ retulisse: qui matrẽ haberet deã
põto generatã. Quod quidẽ perspicue ostendit ĩ sequẽ
tib9. Nã cũ de amoris auctore cupidĩe pluria dixisset:
de altero huic aduersanti ne uerbũ quidẽ fecit. Quod
nisi cẽsebĩus ita esse: oportebit aut Senecã istũ aut Cice
ronẽ: aut utrũq; forsitan mẽdacem uanũq; & esse et ha
beri. Sed mea sñia (ut ãtedixi) cedendum est Ciceroni:
quando quidẽ hũc & studiosissimũ graecarũ litterarũ:
& ꝑitissimũ haud dubiũ est fuisse: nisi forte poetis nõ
etiã oratorib9 ẽ tributũ ꝑmissum ue disputare de fabu-
lis. Quod si ita est: expecto quid tu maxĩe cui primas
partis nõ pauci poetarũ huius tẽporis dari cẽsent: affe-
ras uel uerisimilius uel clarius. EMY. Illa ne nostra
ẽ Helia: an non est? ANT. Istud ubi est monstrum?

EMY. Monstrũ? Imo dea: quæ nos uersus ꝓxĩo hoc in prædio obãbulat. ANT. Nihil est hodie prætereã disputãdum: quãdoquidẽ interrogato respõdendũ est. Incedẽtes fœminas uideo cõplures. Tua uero ista quæ sit: nõdum aĩaduerto: ꝙ nulla supare ceteras neqꝫ corporis magnitudĩe neqꝫ forma uideat̃. EMY. An non eã cernis: quæ lauro nũc adhæret? ANT. Iam uero nõ (ut tibi ꝑsuasisti) deam: sed fœminã a reliquis nihil omnino differẽtem cerno. Veꝝ eĩm uero neqꝫ lauꝝ cerno neqꝫ te. EMY. At tecũ loquor. ANT. Mecum fortassis loquerere: si uiueres. Vtinã igit̃ tã facile excitari posses: ꝗ̃ peristi. Excitemus ab ĩferis mi hæde poetas illos ueteres: si possumus. Nã hic noster una forsitan resurget. EMY. Quasi uero sit ĩpossibile huiuscẽodi resurgere mortuos. ANT. Non poteris ꝓfecto: dũ oculis istis ꝓsequeris Heliã: deqꝫ hac loqueris etiã absente: dũ memĩeris cogitabisqꝫ: dum dẽiqꝫ nõ nihil remãebit morbi. Sed de hoc alio loco aptius. Nũc ad rẽ de qua sermo fuit redeãus. Te quidẽ rogaram: ut poeta prope græcus nobis patefaceres: si quid forte præter ea quæ diximus de cupidĩe: esset recõditum ĩ græcoꝝ cõmentariis: quod lateret oratores: eos ꝑsertim: qui litteris græcis multũ opere dedissent. Tu uero repẽtino mulierculaꝝ occursu ĩterceptus: nõ quid dicerẽ: sed quid intuereris obseruabas. Dixi obseruabas: quasi uero id præterierit:

quod quãto ad has ꝓpĩquãus magis: tanto fit recẽtius EMY. Sentio id quidẽ: atq; (ut ꝑdixeras) me ipẽ iam iã & cœcum esse fateor & uictum. Cœptã igit̃ disputa tionẽ uel tantisper intermittas uelim: dum ad destĩatos cõcedamus hortulos. Haud enĩ dubito: ubi has nõ ui dero: cõtinuo in me ingenii uim õnem excitãdam esse. Quod si mẽs ne tum quidẽ expgiscet̃: certe uel cras re spõdebo: uel ad summũ perẽdie. Nõ. n. solet obscuris per plexisq; de rebus breuis esse disputatio. Quare ne istã quidẽ quã ꝓlongã fore arbitror: hodie ꝑficiemus: cum ꝑsertim sero cœpimus importuneq; cõtendere. ANT. Ergo morigeꝝ tibi esse me oportet usq; ad hortulos? Ita sit sane: quãdoquidẽ nõ tã cum Hædo q̃ tecũ commu nis mihi est certatio. Alioquin uideo frustra me orõnẽ habituꝝ: nisi aliquid forte dixero: quod & te faciat at tẽtum: & tamẽ haud lõge a ꝓposito abhorreat. Dic igi tur (oro te) hãc ne ames Heliã. EMY. Dicã equidẽ. Veꝝ ꝓperemus: ut æque atq; tu illa me audiat respõ dentẽ: q̃q̃ id nequicq̃ est futuꝝ: nisi cũ corã erimus: tũ rursus me istuc ipm roges. AN. Te ne corã illa de ea ipsa rogẽ scilicet: ut me ĩtelligat pro te sibi lenonẽ esse EMY. Minime uero isto modo: Sed ita tẽperãter: ut ad me oĩa: nihil ad illã retulisse uideare. Nunc ergo roga: quæso te. ANT. Faciã: modo me a risu cõtinere possim. EMY. Quid rides? ANT. Nempe q; quasi

Amor venereus vires animi hebetat

Disputatio perplexorũ longa esse solet

Viri & fœminę naturę collatio.

amās erubueris. EMY. O utinam amare satis esset: pe
reo etiā. ANTO. Perspicio id iā quidē. Proinde uo
reor ut decedas intestatus. Nā speraui sæpenumero pro
tua in me beniuolentia & charitate singulari: heredem
præter me a te esse instituendū neminē: quādoquidem
hoc ipm in te facerē: si forte contingeret me isto ipo in
discrimine pauoreq; uersari Sed neq; qui scribat habeo
neq; testes: q̄q̄ nisi manus labat: potes ipse scribere. O di
em hunc mihi faustū fortunatumq;: si has saltē fœmías
quæ in testamēto legibus repudiātur: deus nūc mihi ali
quis in uiros uerteret: satis enim testium haberemus. Sed
quoniā id nō datur: quod quidē & mihi gratissimum
& his certe (ut uultu indicarūt) gratius fuisset: cupio uel
istud Emyliane: ut emori differas quantū potes. Potes
autē prorsus (ut existimo) si potes hinc discedere: & qui
dem ꝑceleriter. EMY. Sane acta res ē: uno isto uerbo
cōmouisti: fugasti mulieres. ANT. Ego ne? Fugarūt
sese ipse potius: quippe quæ sibi ut æquū est prælatos esse
uiros q̄ indignissime tulissent. Ex quo intelligitur q̄ in
saniant qui effœminanē: cū fœminas cernamus & inui
dere uiris: & suū quāq; sexum odio habere: optareq; in
uirilē formā uerti. Sed ad me redeo. Quæsierā nū ama
res Heliam. Nēpe ut si (id quod effecisti) faterere. intelli
gerē mihi minus esse elaborandū: satisq; omnino factū
fore: si de cupidinis parentibus simulachroq; quod poe

testamento testes quos sit minime

feminas viros esse optare.

dimidiatum

te senserint: breui interpretarer. Nam ne dimidiatum qui
dem uerbū me ꝑlaturꝝ arbitror: quin tibi cōscius totum
mox agnoscas: eamqꝫ ob rē mihi protinus assentiare ni
hil repugnes Sequetᵉ etiam credulitas & cautio quædā
eorꝝ qui acceperint aliquādo hæc ita a nobis ēē dispu
tata. EMY. Fortasse: si ne illud quidē ignorauerint
& te qui disputes: & me qui istuc ipsum probē amore
aut affectos ēē aut fuisse. Opinor enim hac de re nemi
nem aut disceptare recte posse aut iudicare: qui non in

Experientia precepta dat efficatia

ea uersatus: magnū diu fecerit periculum. ANTO.
Quasi uero nulla de re quisquā disputare possit quam
nō sit expertus: quippe qui nūq̄ aut ī aliis cernere: aut au
dire ab aliis: aut deniqꝫ legere edìscere id potuerit: de
quo postea disputat. Sed si istud fortasse cōcedēdum ē:
quod tamē negari plāe potest: ne illud quidē nō cōfitē
dū poetas in istiusmōi affectu ꝑfruēdo excolēdoqꝫ ma
xime prīcipes fuisse: qui & imaginē Cupidini admirā
dā insignēqꝫ tribuissent: & illū nō mō deū: sed deū eti
am deorꝝ ēē uoluissent: quippe cui ne ipē quidē Iuppi
ter deum atqꝫ hominum rex (ut aiūt) quiuerit obsistere.
V. Verꝝ ut poetas græcos relinq̄mus: quādoquidem

Cupido adumbratur.

nostri ab illis mutuantᵉ pluria: sed ea ꝑferrī quæ ad hoc
disputatiōis genus uidentᵉ ptīere. Cupidinē Maro pu
erū formosum ēē finxit: eūqꝫ aligerꝝ & cœcū: qui occul
tū ignē hoc ē amorē inspiraret. Ex quo intelligitᵉ quæ

Amoris diffinitio.

.X.

amoris sit diffinitio. Nihil enī ē amor aliud q̄ occultus quidā ignis qui ī pectus admissus & cor urat: & uelu ti uenenū p uenas currat: ipisq inhærēs ossibꝰ: medul las uoret. Quā quidē animi passionem malūq cladesti nū quēadmodū efficiat cupido: Naso iis quos supra ret tuli uersibꝰ explicauit. Huic enī quē blandū ēē uoluit adiecit arcū: pharetrā: sagittas easq duplices: q̄s summo ex parnasi uertice iacularet: q̄ q̄ alteræ ad eius aduersa riū (ut diximus) magis ptinēt. EMY. Quī duplicibꝰ unus hic quoq utit. Ita enī Naso ipē alio scripsit loco Sic ubi plusit rudibꝰ puer ille sagittis: Spicula de pha retra pmit acuta sua. ANTO. Ne id quidē ad rem nō facit. Non igitur fuerit prætermittendum.

VI. HEDVS. Neq illud quoq quod mihi nunc occurrit: utrunq Cupidinem duobus uti telis: quorum altero (ut recte Naso inquit) faciat amorem: altero de trahat: non eum ipsum tamē: sed contrarium. EMY. Quid dicit hic Antoni? ANTO. Prorsus non intel ligo ita solet res perstringere. HEDVS. Scitis me nō uerbosum esse. EMY. Laudo istud quidem: sed non ubi uerbis est opus. Explica igitur: atq ita ut te nobi scum loqui existimes: non solum tecum. HEDVS. Quasi uero cum duo sint omnino amoris genera: unū quidem honestum: alterum turpe: difficile permagnum q fuerit intelligere: eum qui utrouis amore ferueat

Amoris duo genera

in altero frigere: q̄ uterq; alterum pati nequeat: ideoq;
pellat. Hoꝝ enī cupidinum quisquis menti dominat̄:
ius utiq; tueт̄ suum: contrarii depellit: fugat: extinguit.
EMY. Istec quidem interp̄tatio & uerisimilior est: &
eam quæ inter oratores & poetas de gemini cupidinis
differētia ēē uidebat̄: quæstionē plāe sustulit. ANT.
Ita quidem uidet̄. Sed quædam petrarcha noster addi
dit: quæ cupidini nō inepta quidē significatione maxi
me conueniāt. Hunc enī ipsum nō modo pueꝝ: sed cō
tra ac Naso uoluit pueꝝ etiam crudelē: eiusq; ingen-
tes alas quas ille gēmatas esse retulit: hic uariis esse di
xit coloribus aspersas. Deinde fingit igneo illum currui
quattuor ab equis hisq; albis (ut Naso quoq; scripsit) sed
indomitis effrenibusq; circūactꝫ nudū insidere. Demū
q; innumerabilibus esse mortalibus circundatū: quorū
alii capti uinctiq;: uulnerati alii: nonnulli etiam occisi
uiderent̄. Hæc fere tota descriptio ē cupidinis. Nam re
liquos inuenio poetas dixisse nihil: quod abs tribus il-
lis eoꝝ ue aliquo non comprehēsum prælibatumq; sit:
præter Apuleiū: qui alis etiam quiescētibus inesse ait
eximias plumulas: tenellas: delicatas: quæ tremule re-
sultantes inquiete lasciuirent.

Simulacrum cupidinis

VII. Iam uero pictores hūc nō ab re quidem uelatū
potius q̄ cæcum esse uoluerūt: proq; suo quisq; iudicio
partim flammeū fecere: partim naturali quadā affecerūt

coloris suauitate. Denicꝫ ꝑmulti(nescio quã ob rem)aureo illum diademate donauere: alii laurea corona. Vos uero si quid præterea aut uidistis unq̃ aut legistis: audistis etiã assertore. EMY. Videris tu quidẽ mihi ꝑter unũ collegisse oĩa. Nã quæ tabulæ sunt mihi domi declarãt(ut ĩtueri potuistis)huius cupidinis capillũ ꝑrrãtem & flauũ ac crispũ esse: perqꝫ illius lacteã ceruicẽ late sparsum. Diadema uero myrteis frõdib⁹ gẽmisqꝫ contextũ. ANTO. At iste quisquis fuerít: si nõ fuit Polycletus: qui sine mirabilí quadã rõne nĩl pingere soleret: certe is fuit cui nemo huius ætatis sculptorꝝ pictorꝝue neqꝫ sublimitate ingenii: neqꝫ inuentione rerum expolitíoneqꝫ anteiret.

VIII. Sed de figmẽtis satis ẽ dictũ. Nũc quoniã ad optatos dudũ hortulos diuertimus: ẽ de secũdo partitionis loco. i. de simulachrorꝝ significatiõe disputãdũ: mõ Emyliane aío intẽto ẽẽ possis: ne quid effluat elabat̃qꝫ. EMY. Nihil effugíet ꝑfecto: tã & si tibi nõ polliceor quicq̃ me hodie respõsurꝝ: qꝛ q̃optimã ꝑbere nox soleat deliberationẽ cõsilii capiũdi. ANTO. Probo id quidẽ: mõ nõ alia sit dilatiõis causa q̃ q̃ ne illa quidem improbãda ẽ quã suspicor. Nõ eí adhuc forsitã reuocasti animũ a sensib⁹: qꝛ is ꝓxime arreptus illecebris muliebris formæ: hãc ipam ueluti ꝓsentẽ cernat: contẽplet̃ admiretur: optetqꝫ. diu prospectare uoluptatis causa.

Significationis simulachri interpretatio

Cõsiliu deliber… cũ nocte…

cogitare cognitu difficilis

EMY. Perdifficile semꝑ fuit diuinare quid cogitent
alii: facturiq; sint. Noli igit̃ tibi psuadeas nihil me cras
esse respõsurum: ꝙ hodie me nõ tã amare q̃ mẽte captũ
esse cẽses. Respõdebo certe atq; ita fortassis: ut ĩtelligas
me in audiendo diligentiorem: q̃ tu in diceudo fuisse.
HEDVS. Admiror utiq; cur exores dilationẽ: quasi
uero nnnc primũ in cõtrouersia incipias cõtẽtiõeq; uer
sari: nihilq; habeas consilii: nihil ingenii: nullã deniq;
aut diuinarꝝ rerꝝ cognitionẽ aut hũanarꝝ. EMY.
Grauiter sane & recte me rephendis Hæde. Itaq; tibi
morẽ gerã: passimq; ubi uisum erit: aut cõtradicã Anto
nio: aut respõdebo. Sed quid tempus terimus: quasi uero
nunc primum sol oriat̃: nõ etiam iamiam occasurus sit?
Tu igitur Antoni tãdem aliquãdo exordire.

Cupido vn Eros habet ethimologia

IX. ANT. Placet id quidẽ & gaudeo. principio cu
pidinẽ quẽ autumo a cupiẽdo dictũ: interptor cõiunctio
nis esse appetitũ: qui ex iã illecto uoluptate sensu ꝓli
uirateq; in libidinẽ: q̃si Mercurio Venereq; oriat̃: quo
rum alter obscœnis excitasse naturam tradit̃: ꝙ aspectu
proserpinæ cõmotus sit: & nuncius ac ĩterpres dictus: al

Venus aphrodisia

teram ex procellosi maris spuma natam ferunt: ꝙ quem
admodum crebro maris motu (quod quidẽ elemẽtũ hu
midum calidumq; est) conficitur spuma & eiicitur: ita
humido ex æstu corporis titillatio proficiscat̃: ex qua
procliuitas ducitur dispositioq; ad coitum. Quæ ubi sen

suum iungitur contubernio.(Nã ad animum appetibi-
lia sensus q̃si nuncii referunt: eumq́ q̃ suauissime mo-
uent.)concipit paritq́ appetitum illum uehementiorem
quem eundem cupidinem esse diximus.

X. Hunc autem in primis eã ob rẽ puerũ fingi puto
ꝙ qui eo fuerit imbutus: in puerorũ morẽ ludis iocis uo
luptatibusq́ cæteris delectetur: hisq́ potissimum studeat.
Deinde ꝙ ut pueris ea cogitatio est: ut quicquid egerit
id esse rectum opinentur: ita libidinosi licere sibi omnia
existimant: nec se quicq̃ non decere. Videmus item pu
eros abiectis noxiisq́ rebus oblectari: quin etiam sæpe
turpibus: easq́ tota ui animi appetere: atq́ ita: ut si hæ
aut subtractæ sint aut negatæ: continuo irascantur: ex-
clament: lachrymentur. Econtra uero labores utiles eti-
am minimos uirtutemq́ refugere. Præterea ꝙ in pue-
ro sermo instabilis: ineptus: imperfectusq́ sit. Ad hæc
ꝙ tener atq́ tractabilis mox contrahat amicitias. Sunt
enim pueri ad familiaritatem faciliores. Postremo ꝙ
puerilis ætas facile corrigi & domari potest: quando-
quidem mollis est & apta regi: quãq̃ amor si non ipso
fere in exordio repellitur: rectius effigiem tenet pue-
rorum: quos constat in dies adolescere: fieriq́ robusti-
(ores.

XI.

Propterea uero formosũ hũc & egregiũ fecere ꝙ dignitas
& uenustas corporis magnã hẽat uim in utrãq́ ptẽ .i.ut

Similitudo de forma feminae

Mulierum mores

Quamobrem [illegible]

magis faciliusq; & capiat & capiat: si præsertim lauda
ta sit. Atq; eadē fere est de īgenuis pbatisq; moribꝫ ra
tio & sentētia. Vt eī in turpi muliere nōnunq̄ amant
ingenui mores: sermo elegās: familiæ generositas: orna-
tus apparatusq; uestis. Ita nimirū ī formosa respuit ple
runq; humilitas: abiectio ruditas orōnis: nec tā uestis ui
litas q̄ situs quidā & pedor: ornamētorūq; negligentia
q̄q̄ fortuna minus mouet oculos q̄ mores. Nō enī tā cor
pus q̄ animus amat. Sed ne illud quidē abest a causa:
q amātes sed potissimum fœmine aut deformes sese au
ro alienis ue crinibꝫ nōnunq̄ exornāt: sæpe comunt: de
niq; peregrinis tū unguētis tū coloribꝫ inficiūt: aut for-
mosæ nō nihil adiiciunt ad formā: quo elegātiores pul
chrioresq; iudicent. Quid q extēto incedūt collo: sicq;
agiles efferunt: ut uix terræ summa imprimāt uestigia.
Speciosus ergo iure fingit cupido: q eorum qui amant
quisq; speciosus ppolitusq; uideri & cupit & conatur.
XII Quod quidē stulticiæ ac leuitatis genus facile
ostendit q̄ recte hūc poetæ etiā uoluerūt cæcū esse. Cū
eī cōsilio rōneq; careat: nō uidet neq; quid utile sit: neq;
quid honestū. Nulla enī rerū distinctione sed passione
tantūmō amantē duci palā est. Proinde impudēs: lasci-
uus: procax: petulans: quicquid cogitat: quicquid dicit:
quicquid facit id nimirū decere: aut certe uenia dignū
putat: q̄q̄ idipm opinat a cæteris ne animaduerti qui-

dem aut suspicari ullo pacto posse. Coecus quoq̃ dicit̃
q̃ nõ muliebria uicia turpitudinesq̃ cõsiderat. Itaq̃ ut
de sacietatis pœnitẽtia taceã: pro nihilo habet luxuriæ
obscœnitatẽ pollutionẽ fetorẽ. Quorũ quidẽ omniũ &
si quædã dictu atq̃ auditu molesta sunt: quædã etiã in
digna cogitatu: ab illo tamẽ uel sola desiderant: omniq̃
studio quærunt ac diligẽtia q̃ eorũ adeptione opinant̃
se beatũ fore. EMY. Si nõ sum æque coecus: non pla
ne uideo quẽadmodũ captus oculis cupido telũ dirige
re certũ ad locũ possit. ANTO. Ne id mirũ quidem
cũ ea sit telorũ eiusmodi natura: ut quouis hæc mõ ille
torqueat: nusquã ualeãt nisi ĩ pectus figi. Atq̃ ut picto
ribus aliquid nõ iniuria fortasse cõcedamus: qui cupidi
ni oculos quidẽ: sed uelo obductos tribuerũt: q̃ malit re
cta nõ uidere q̃ placita cõcupitaq̃ nõ psequi: uelũ illud
interp̃tabor feruorẽ esse obstinationẽq̃ appetitus. Qui
procul dubio iã in frenis: nõ tã nõ paret rõni q̃ hãc con
temnit atq̃ abiicit. Tãta est huius furoris uis atq̃ ĩma-
nitas. Itaq̃ Theotimus quidã cũ graui oculorũ incom
modo laboraret & amaret uxorem: interdicta ei a me-
dico licẽtia coeundi: cupiditatis tam impatiẽs impetuq̃
libidinis correptus moderari non potuit. Nam & pru-
dens & sciẽs se oculos amissurũ: priusquã iniret uxorẽ
ipo in æstu furentis cupiditatis & cõsuetudĩs apparatu
uale inquit amicũ lumẽ. Hic ne Crœsi quoq̃ opes non

Cupido velos oculos

Theotimus

Oculis charior
Venus fuit
Domini

profudiſſet: qui ne ſuis quidẽ oculis parcẽdũ exiſtimauit
Cur nudus fingitur
XIII. Cõſtat igit̃ cur nudũ finxerit cupidinẽ: ꝑter eĩ
id quod ſequit̃ quoq; frui maxĩe cõtẽdit: reliq̃ ſpnit oĩa.
EMY. At ego iccirco nudũ fingi reor ꝙ nequeat celari
XIIII. ANT. Sit ita ſane. ſed ne illud quidẽ falſũ
Quatuor bonorum genera
eſt bonis oĩbꝰ cupidinẽ nudũ ẽẽ. Cũ eĩ (ut nõ nulli uo
lũt) q̃tuor ſint bonoꝝ genera: unũ aĩ: noĩs alteꝝ: terciũ
corporis: q̃rtũ fortunaꝝ (q̃ q̃ ad hoc redigi ſecũdũ illud
plane poteſt. Eſt eĩ externũ bonum) nullũ ẽ eoꝝ quod
nõ a cupidĩe corrũpat̃ aut debilitet̃ aut auferat̃ & ĩ pri
mis lumẽ ĩgenii atq; uis. EMY. Nõ tibi aſſentior an
Amor ingeniosos reddere solet
toni ꝙ pleroſq; ignauos rudes & agreſtes quidẽ amor
effecerit ĩgenioſos induſtrios ſolertes: qui niſi hoc aucto
re excitatore duce: nullã unq̃ cõſecuti eſſẽt neq; in litte
ris: neq; in muſicis: neq; in cæteris liberaliũ artiũ ſtudiis
diſciplinã. ANT. Fateor ĩ dies fieri acutius eoꝝ qui
amãt ingeniũ. ſed ad ea tãtũmõ excogitãda ac parãda:
quæ ad libidinẽ ꝑtinẽt accõmodataq; ſũt. Segnius uero
ad honeſta atq; obtuſius. Nihil eĩ mens quæ iſtiuſmõi
ſit illecebris affecta: excogitare poteſt quod ad uirtutem
hõeſtatẽq; ꝑtineat. Nec id dubiũ quidẽ: cũ neq; uirtus
neq; honeſtas cũ ĩimica uoluptate quicq̃ hẽat cõe. Sed
quid ego decorũ uirtutẽq; cõmẽorẽ: cũ aĩus libidĩe ĩflã
matus ſui ipẽ obliuiſcat̃: nedũ actionũ rerũq; externarũ
fereq; nihil cogitet: nihil excogitet niſi quẽadmodũ pec

eet: agatq; quid turpiter? Est eñ libido turpe quiddã & abiectũ & malũ: neq; malũ tãtũmõ: sed malorũ fere omniũ radix causaq;. De quibꝫ si dicẽdũ ẽ singulis plõga sane peneq; infinita fuerit orõ. Quid eñ sceleris nõ excogitauit ꝑfecitq; luxuria: quæ ut licẽtia maiore expeditioreq; uti posset: nõ cõiuges solũ & ꝓpinquos cæteros: sed ipos etiã parẽtes sæpe uenẽo nõnũq̃ etiã ferro sustulit: ut taceã de abortiuis ipoq; in puerpio extinctis infantibꝫ.

XV. Quod si nõ mõ uicium ẽ luxuria· sed ĩuẽtrix etiã nutrixq; uiciorũ quibꝫ qui ẽ deditus: necesse ẽ eorũ quoq; seruũ ẽẽ. nõ uideo quẽadmodũ is dare queat operã studiis liberalibꝫ quæ utiq; nõ seruum & alienũ & uĩctum: sed sui iuris hoĩem liberũq; postulãt: q̃q̃ liberales disciplinas constat nõ uirtutes quidẽ sed media quædã esse: quibꝫ bene maleue uti possumus. Nõ igit̃ si quisquã luxu ipo suadẽte impellẽteq; aut musicus euaderet aut poeta: hunc continuo bonum uirum iudicabimus: sed profecto q̃lẽ illius studia exercitatiõesq; indicabunt.

EMY. At eiusmõi artium auctores existimandum est nõ nisi optimo & animo & fine ductos ẽẽ: cum in his inueniẽdis perficiendisq; maxime elaborarent.

XVI. ANT. Erit ergo nõ tã nõ bonus q̃ pessimus qui ad turpia parãda utet̃ optĩs disciplinis. Itaq; abutẽdo iis rebꝫ quibꝫ gloria querit̃: utiq; p̄ter spẽ atq; uotũ fiet ignominiosus. Cum autem nil tã optabile sit: tanq;

Luxuria ra[dix] multorum malorũ

Peccans servus est

Liberales disciplinę

ista nois labore paratur

oib⁹ expetibile q̃ celebritas nois quæ nõ nisi magnis laborib⁹ susceptis piculisq̧ aliquãdo aditis parat̃:& huic diuiõ mũeri nihil tã aduerset̃ q̃ luxuria:quæ(ut Cicero inquit)cũ oĩ ætati sit turpis:senectuti tamẽ fœdissima ẽ:quid quæso extincto pudore atq̧ fama restat homini quo gloriari recte possit:cũ ob libidinũ intẽperantiã idipm iã obscuratũ deletũq̧ sit:quo maximis forasse reb⁹ gestis celeberrimã fuerat laudem assecutus:q̧ si ea ignominiæ nota fœmĩs iusta sit:ĩ his sane multo erit q̃ in marib⁹ & diuturnior & fœdior:q̧ pmulta sint uirorum clarissima studia & artes:ĩ quib⁹ cũ laude & gloria uersent̃:q̃rumq̧ illustratiõe ac splẽdore conceptũ dedecus quodãmõ tegat̃:diluat̃q̧ ĩ dies magis ac sensim euanescat:mõ ne recidãt. Fœmĩæ uero cũ nihil habeãt quo excellẽtes uideant̃ pter pudicitiã:hac semel amissa nõ uideo quid pterea amittere: aut quib⁹ iã rerum etiã honestarũ actionib⁹ illã reparare queãt. Eis enĩ est hoc probrũ sempiternũ recẽsq̧ & uiuis & mortuis apud eos præsertĩ:quib⁹ ignotæ nõ fuere. Nã mihi quidẽ: credo item uobis nũq̃ huiuscemõi occurrũt:quin tãq̃ stigmata frõtibus ĩsignitæ ferãt:earũ etiã uetus macula cõtestĩ ueniat ĩ mentẽ. At mariũ libidĩes si nõ recẽtissime appareãt:aut uix aut nõ oĩo mẽoria tenẽt̃. Quod quidẽ eueĩre iccirco crederẽ:quia sexui nostro.i.uirili facile ignoscere mus:nisi & ipse quoq̧ fœĩæ eas sũmo studio uitarẽt: q̃s

Impudicitiæ nota fœdissima

Pudicitia mulieb[...]

Libido viri tollerabilior quã fem[...]

infamia notatas cognouissent: & inter se iurgātes quasi insigne ꝓbrū unaquæq; alteri obiectaret impudicitiā.

XVII. Quid dicā de ualitudine ac robore? quid de uelocitate? quid de pulchritudine? quid de sensibus exterisq; bonis corporis? Quæ ꝑspicuū est uoluptatum assiduitate longe ante frangi: deficere: consumi: q̄ natura ipa atq; ætas postulēt. Aiunt enim Hipocratem existimasse coitū Venereum: morbum esse comicialē leuiorē. Quid autē ineptius? quid turpius effœminato uiro: quē nunc macie: nūc palore: nūc odore illo obscœnissimo affectum esse cernimus? Nihil ne patiunt̄ renes? nihil caput? nihil quod reliquū est membrorum: si ab horum singulis coitus nō nihil trahit? Sed mittamus concubitū. An corpori nihil detrahunt algores? nihil æstus? nihil imbres: niues: uenti: metus: sæpe etiā longum iter: præterea labores aliaq; eiusmōi plurima: quæ miserrimi homīes experiunt̄ sæpenumero ac ferūt libidinis explēdæ causa? Nihil his nocēt crebræ multaq; ad noctem uigiliæ? Nihil deinde insidiæ? Tū rixæ non mō cum riualibus & uagāte nocte iuuētute ciuitatisq; custodibus: uerum etiā cū amicarum uel maritis uel propinquis? Quid referam eorum pericula atq; clades: qui in amicarum ædes per fenestras stillicidia ue īgressi: indeq; deturbati ac coacti sese dare præcipites: si nō animā amittūt: at mēbra frangunt aut collidūt? At qui ut omittamus odia. in quæ hi

Corporis integritas voluptate frangitur.

Vir effeminatus

Venus imminuit

Amatur incomod

Rabies libidinis

sæpe incidunt & capitalia & sempiterna accipere certe solent grauia interdum uulnera: nonnunq̄ debilitari obtruncari etiam. Ex quo fit ut frequenter inter ciues dissidia nascantur. Sequuntur deinde seditiones euersionesq; urbium. Ocio autem atq; ignauia: præterea gulæ somniq; indulgentia diuturna: quæ quidem ministræ sunt pagulaq; libidinis: marcescere corpus: intempestiueq; interire certum est. Plures enim Hieronymus censuit uini ciborumq; superabundantia & copia: q̄ ferro mori.

Otium

Mors pluria vnde

XVIII. Iam uero fortunæ bona: ut opes: ut honores: ut potētiam: cæteraq; generis eiusdē: quid magis obscurat: minuit: exhaurit q̄ uoluptas? Est enim bonorum uorago quædam minimeq; saciabilis. Quotus enī quisq; est qui libidinē secutus nō tam largus fiat q̄ prodigus? Nā neq; suscipiendorū sumptuum: neq; pecuniæ effundendæ: nec deniq; contrahēdi æris alieni ullam habet considerationē. Maxime autem ii quibus magnus est animus: appetunt quæruntq; in primis ea quæ ad ornatū spectāt cultūq; corporis: ut uestis elegantiā & copiā. Deinde quæ ad magnificētiā & liberalitatē: ut uariā supellectilē: ut equos: arma: signa: tabulas: cæterosq; rei uel familiaris uel militaris apparatus nō necessarios Pecuniā aūt supra modum q̄ ea maxime sit necessaria ad largiēdi facultatē. Sine q̄ quidē benignitate uix id

Voluptas

[illegible]

queũt adipiſci quod cõcupiere. Quis aũt recẽſeat quã tum pecuniaꝝ q̃tumq; reliquaꝝ reꝝ conferat̃ in eas largitiones: quæ nõ modo amicæ huiuſq; neceſſariis familiaribus ancillis beniuolentiæ captandæ cauſa? Sed quæ muſicis quoq; paraſitis hiſtrionibus lenoni lenæq; tribuunt̃? Poſtremo ſummo ſtudio parantur epulæ: inſtruũturq; cõuiuia tũ ad gloriã ſociorũq; oblectationẽ: tũ ad ꝑfruẽdas uoluptates. Quibꝫ rebꝫ multiſq; præterea id genus efficit̃: ut infinitis uere facultatibus opus ſit: atq; ideo ſi etiã magnæ fuerit: hac tamẽ ſumptuũ aſſiduitate & ĩmoderatiõe abſumant̃. Deniq; cupidinẽ nõnulli iccirco quoq; nudũ fingi putãt: uel q (quemadmodum tu etiam Emyliane ſentis) nequeat tegi amor: pateatq; omnibus: uel q nihil habeat defenſionis.

XIX. Quẽ itẽ uolare dicũt: tũ q agilis expeditus celerq; ſit oĩbꝫ ĩ rebꝫ: quæ (ut antediximus) ad capeſſendã uoluptatẽ ualẽt: tũ q ea ſemꝑ ſoleat optare & ꝓſequi quẽ ſingularia & ſũma iudicant̃: ſiue ꝓclara illa ſint ĩgenia egregiiq; mores: ſiue honores magiſtratuũ: ſiue generoſitas nomẽq; familiæ claꝝ & diuturnũ: ſiue formæ pulchritudo robur ue corporis: ſeu deniq; fortunarum abũdãtia & copia: tũ etiam q uoti compos incredibilĩ ſæpe gaudio ueluti uolans exultet: & ſumma geſtiat inauditaq; lætitia. Sed fuere præterea qui opinarentur iccirco aligerum amorem dici: quod & leuis &

Apparatus amatorius.

Nuditas cupidis

Cupido volare quare

Alarum cupidinis

Veneris cupido inuadit hos, alios vero superat.

instabilis cito euolet. Quã profecto sententiã haud im
probandã puto: sicut ne eorũ quidẽ qui existimauere eã
ob rem illi alas addi: quasi uolãs quã celerrime discur-
rat: quãq̃ hoc ad inuisibiliũ sagittarũ uelocissimum repen
tinumq; uolatũ: illud ad ætatẽ cupidinis aptius referũt.
EMY. Quin etiã aliger dici recte potest: quod uniuersũ
uolitet per orbẽ: neq; homines solum: sed bruta quoq; ce
cuperit. ANTO. Sed ne hæc quidem semper: nec omnes
homines. Nã hos inuadere quidẽ potest: uincere autem
& occupare nisi molles: nisi fragiles uolentesq; nõ po-
test. Mihi uero alarũ appellatione duplicem amantiũ
spem intelligi magis placet. Sperat enim amãs primum
amari: deinde etiã potiri. Ideoq; nõ frustra additũ eas
alas & magnas esse: & infinitis pene coloribus notatas.
Siquidẽ inest amantibus ingẽs quædam atq; incredibi
lis spes consequẽdæ potiẽdæq; uoluptatis: si etiam quem
admodũ & utrum ne consequi aut potiri possint: non-
dum uidẽt. Immo uero impossibilia nõ solum difficilia
plerũq; aggrediunt. Qua enĩ in re nõ faciunt periculũ
quippe qui confidẽtes excogitẽt: explorent: tentent om-
nia quibus suspicant reciprocum ad amorẽ allici ami-
cam posse. Cum igit cupidis atq; ideo ingeniosis astu
tisq; assidua fere uariaq; adsit cogitatio eiusmodi rerũ:
quæ profecto tot recẽseri queunt: ut prope innumerabi-
les uideant. (Sũt enĩ hæ tenellæ illæ delicataq; plumu

læ alis insitæ: quæ tremulæ resultāt: inquietæ lasciuiune: ocio augent̄) haud incredibile fuerit alas Cupidinis ic/circo mille coloribus distingui: ꝙ amātes sperent sese id multifariā adepturos quod concupiscūt.

XX. At illud sane admirandum est eum qui blā dus sit: item crudelem esse: nisi tempora distinxerimus. Non enī eodem idem tempore & blandus & crudelis esse potest. Initio igitur blādus: ꝙ rudi illa eius sagitta .i. recenti uulnere iā sensibus leniter ꝑcussis placeat: sitq; maxime iucundus ac suauis. Crudelis deinde ꝙ effici at hominē sollicitum: anxium: furibundum. EMY. Ego uero dixerim cupidinē non solum initio sed semꝑ blandiri suis: dum eius legibus parere: eūq; sequi malūt Siquidem epulæ immo deliciæ sunt amantū: quæ tu furorem anxietatē sollicitudinem appellas. Quod si non ita esset: nunꝙ̄ illi neq; tot labores tātasq; molestias ul/tro sponteq; susciperent: neq; animo nō iniquo ferrent. At ubi quis rebellis esse uolet: hunc protinus tanꝙ̄ fugi tiuum insequit̄ cupido: agitq; crudelius. Quod quidē solet iis accidere: qui siue iniuria & fastidio affecti siue desperantes ab amore discedere conant̄. Nā haud mul to post uicti uinctiq; recordatione uel præteritæ uel speratæ uoluptatis: ita postea uexāt̄ ut ardeat furatq; aper tius. ANTO. Et si forsitan conaris a me longe alie/nus aut esse aut uideri; tamē neq; uerbis neq; re dissen

tis: quandoquidē confiteris labores insaniā crudelitatē
q; cupidinis: nō iis qui æquo sed qui iniquo animo fe-
rūt graues esse: eosq; torqueri atrocius qui deserere amo-
rē uoluissent. Quod de illis quidē licet raro dicere: quí
oío iam deseruere Nec tamē ídeo amātibus nō dolent
quæ ꝑpetiunt̃ q; dolorem dissimulāt: nec queruntur. O p
tarent nimiꝝ nō istiusmodi affici erumnis: quas tu de
licias uocas: ego potius miserias Habet igit̃ amor mole
stias furorē feritatem: tā & si pŕicipio blandus (ut dixi-
mus) dulcisq; uideatur.

XXI. Talem quoq; indicat sagitta telumue: quod
nō aureum Naso sed auratū appellādo: plane significa
uit munus exercitiūq; cupidinis non (ut amātes existi-
mant) fortunatū delectabile gloriosum esse: sed tātummō
uideri. Quale uero foret p acuta cuspide mox patefecit
q; hæc altū ac graue uulnus peneq; insanabile infligat
Nihil ení amore penetrabilius: qui quidē ad intía usq;
pectoris fugatis hinc curis cæteris illabit̃. Sed eos ferit
maxime qui uel ociosi sunt uel negligētes uel incauti.

XXII. Quam obrem amoris arcū interp̃tor insidi
as recte dici posse: quæ ín eo potissimum latent: quem
de uoluptate habemus cogitatu. Cuius oblectationem
facile dixerim significari tortili illa atq; forti qua inten
ditur cordula. Pharetra uero mihi uidetur esse uolun-
tas liberum ue arbitriū: ex quo ꝓficiscit̃ cōsensus: quod

Sagitta q[uid] sibi vult

Amor

Arcus quid

Pharetra

quidẽ telum esse autumo: quoniam ut id corpori sic ille
aĩo exitio esse solet. Tũ igit̃ cupido extẽto iã arcu au/
ratũ telũ e pharetra educit iaculat̃q cũ cõmotus appeti
tus e uolũtate cõsensum in delectationẽ trahit uolupta/
tis: suiq hoĩs in pectus repẽte celeris auratiq teli pacu
tã ac fulgentẽ cuspidẽ ĩpellit. Quæ pfecto nihil est ali
ud q̃ ipsius amoris delectatio atq incẽdium. EMY.
Mihi uero nõ uidet̃ a cupidine quẽ appetitũ esse uo/
luisti: amorẽ pficisci posse: cum is pcedat appetitũ. Nõ
enĩ quisquã id appetit quod nõ ante amet. Efficit igit̃
potius amor appetitũ. ANTO. Artas me Emyliane
sed nõ iccirco cedo. Equidẽ nõ nego cum quid appeti/
mus id nos etiã amare. Cũ uero amamus: nõ continuo
sempq appetere ut quisquis suos amat liberos familia/
res amicos: nõ tamẽ appetit. Inest igit̃ amor ĩ appetitu: ĩ
amore nõ semp appetitus. Quãobrẽ ut is de quo loquĩ/
mur cupido pcutiẽdo uulnerat cũ pcutit: ita qui appe/
tit amat appetẽdo. Cõstat uero ante existere pcussionẽ q̃
uulnus: idq mox ex illa tãq̃ ex causa pficisci: sed tãta
tãq ĩexcogitabili celeritate: ut ne pũctũ quidẽ tẽporis ĩ
teresse uideat̃. Nõ ab re igit̃ telũ cupidis mirabile uola
tu ẽẽ dicit̃: q ubi sit appetitus ibi cõtinuo amor adsit at
q ita: ut cũ & ĩ illo & ex illo oriat̃. ab eo tamen diuidi
nũq̃ possit: sicut ne ab igne quidẽ uel calor uel incẽdiũ
XXIII. Cui simillimum amorem recte dixerim:

qui ab ignito ductus appetitu & cor medullasq; purit:
& ueluti uenenum ita p uenas currit: ut exterius inter
dum flammã euomat: quã Naso cuspidem fulgentẽ ap
pellauit. Nam rubore & quidem maximo sæpe aman-
tum ora pfundunt. Indeq; (ut arbitror) pictorũ alii Cu
pidinem flammeũ fecere: alii naturali quadam affece-
runt coloris suauitate: q hilari uultu sese mutuo aman-
tes suauiq; aspectu prosequi soleant.

I Parnaso iaculatur

XXIIII. Ex umbrosa uero parnasi arce & si iccir
co forsitã cupido iaculari fingit: q is in quem tum im
petum fecit Apollo illic uersaret: cui mons ipe sacer est
non ab re tamen potest interpretari umbrosam p arcem
hoc est p arcem & umbram cupidinem solere iis potis-
simũ insidiari: qui summo loco nati ac locupletes quiq;
ociosi sunt & deliciis uinoq; dediti: cum præsertĩ etiam
Baccho idem mons dicatus sit. Tam & si ne ille quidẽ
sensus fuerit alienus: eam ob rem in parnaso. i. in Apol-
linis domicilio ædeue cupidinem constituisse: q ei poetæ
quibus Apollo sicut etiam canẽtibus musis præesse di-
citur: figuram diuinitatemq; tribuerunt.

Currus igneus

XXV. Huius autem ignitũ currum quidam opi-
nant eam esse in qua uolutat iacetq; concupiscentiam
Quod ne ego quidẽ negauerim: sed ad igneũ id uapo
rem tantũmodo nõ etiã ad currũ referẽt. Cui nimirum
animũ corq; potius comparauerã. Quod cũ cogitationũ

motuũ q̄ initium sit: non dubiũ est diuersas percurrere
imagines: cognatiõeq; sensuũ facile appetitui: & adhae
rere & cedere: moxq; huius facibꝰ incẽsum atq; excã-
descens trahi ꝑ quã celeriter ab affectibꝰ illis quattuor:
metu: libidĩe: laeticia: dolore: quos graeci morbos: nostrĩ ꝑ
turbationes uocãt: q̄ uel rationis expertes sint: uel ratio
nem spernant: uel rationi nõ obediãt. Recte igiť equos
cupidinis praecipites effrenesq; dicimus: q̄ consilio carẽ
tes: neq; rõne: neq; orõne: nec deniq; uerbere domentur:
nulloq; cohiberi posse freno uideanť. Atq; item candi-
dos: q̄ hi affectus ueluti ad rem ꝑtineãt: sintq; necessa-
rii sponte ultroq; suscipianť. Vel q̄ ut candor obtutum
corporis: sic praua quaedam ac inepta: quae tamen recta
uideať quaeq; horum causa est opinio: aciẽ mẽtis obnu
bilet & perstringat.

XXVI. Sed ex his om̃ibus nullus magis assiduus
q̃ metus. Metuit in primis amãs illudi decipi: falli. Me-
tuit deĩde ne quid agat: quod amicae aut graue sit aut
molestũ. Cõtraq; ne quid ꝑtermittat: quod illi gratũ for
sitan acceptumq; fore ducat. Postremo ne quid accidat
impedimẽti quo ab amica deserať: eã ue amittat: quãq̃
(ut taceã innumerabilia suspitionũ genera quid nõ me
tuit amãs qui tuta etiã formidat.) In quo seruitus maxi
me apparet: qua nihil est turpius. In quem enim timor
cadit in eundem (ut inquit Cicero) cadit ut seruiat: &

Seruitus amatoris.

uictum quandoq; sese esse fateatur. O miseriam maxi-
mam. Illa ne parua est seruitus: amatorem singulis fere
horis pectine capillum calamistroq; componere: faciem
aquis diluere redolentibus: fictisq; coloribus afficere: do-
mo nisi redimitum non exire: consulere sæpe speculum:

Amator inglus

adire thermas: tonstrinam: scænam: cursitare per uicos
per plateas: per templa: nullum deniq; non lustrare lo-
cum: ad quem profectam esse amicam: uel cognouerit uel
putauerit. Quid q̄ continere se non potest: quin quotti-
die ad uisendas uel eius ædes properet? Neq; uero id
non sæpe. Quid deinde non spectare solum: sed etiam
tantisper expectare: dum abiens amica rursus redeat?
Ex quo fit: ut frustra & accendatur concupiscentia &
augeatur. Quid q̄ plerique non amati amant? An non
illud quoq; miserrimum genus seruitutis: tibicinibus:
histrionibus: parasitis: ne dicam lenonibus subesse? Præ-
terea non solum non quiescere: non bibere: non esse:
sed ne aliud quidem cogitare posse q̄ quod amat. Ad
omnem deniq; strepitum: ad omnem auram conuerti.
Atq; (ut omittam innumerabilia laborum & molestia-
rum genera: de quibus supra diximus.) quanta illa est in-
quietudo: sæpenumero cogitare: deliberare: statuere: quē-
admodum amicam aut tibi conciliare aut reconcilia-
re plane possis? Nonne postremo cum illa fabulanti
tibi pectus hæsitabit: & totus contremisces? & quamquā

disertus es: quamq̃ audax: quamq̃ impudens: tibi tamen oculi: uultus: uerba concident. Timebis ut fortassis illam barbaro quouis uerbo & inculto lædas. Itaq; suppressa uoce ac hæsitanti uix proferes dimidiata uerba. Quod si amica seuerior sermone non aliquo familiari orationem tuam labantemq; animum erexerit: non solum multo ante meditata conceptaq; nequibis explicare: sed ne recordari quidem. Quid si te animo etiam elato atq; magno eloquentem: rigido illa uultu: toruis oculis inimica fronte respexerit? Quid si discedens ueluti pecudem te neglexerit? Quid si clamore maledictis te repulerit? An non magnopere commotus confususq; abscedes? Quid deniq; si quæ dixeris: ea dixerit cuiquã insultanti tibi aut iniuriandi causa? At regressus domum: recensebis: discuties: interpretaberis amicæ uerba singula signaq; & gestus. Excogitabis quid deinde tibi dicendum faciendumq; sit. Quam uero rapide currum metus trahat. Cicero declarauit in paradoxis. An ille tibi liber uidetur inquit: cui mulier imperat? cui leges imponit? præscribit? uetat quod uidetur? qui nihil imperanti negare potest? nihil audet? Poscit: dandum est. Vocat: ueniendum est. Eiicit: abeundum est. Minatur: extimescendũ est. Ego uero istũ non modo seruum: sed nequissimum seruũ: etiam si in amplissima familia natus sit: appellandũ puto. Tolera-

bilius est aūt mori q̃ seruirē: ei præsertim: a quo præter uitup[er]ium calamitatem pniciem consequi nihil potes. Quid uero ipa de libidine dicemus: quæ ad id quod ui- detur bonum illecta & inflāmata ita & rapitur: & currum trahit: ut qui ea fuerit affectus: nō modo iudicii: honoris: artis: rei familiaris: sed sui etiam oblitus: neglectis humanis ac diuinis rebus: contemptisq; periculis: consistere non possit: nihilq; audiat molestius q̃ correctionem: admonitionem: consilium. Quam quidem libidinē quæ recte etiam cupiditas dici potest: non dubium est induciis fieri effrenatiorem: q; dilatæ res & expectentur & appetantur ardentius. Quod si tantus est in expectatione furor: quantus est futurus cum potestas affuerit potiundi? At læticia qui affectus est tercius: nō utiq; minus turbulenter currum trahere uidetur. Nam animus non solum cum diu magnisq; angustiis quæsitam percepit uoluptatem: sed cum eius etiam adipiscendæ argumento aliquo spe ducitur: quasi iam concupitum adeptus sit: eoq; potiatur: inaniter effertur: gestit: exultat q; effusius. Ita fit ut constātia penitus reiecta cōcitatius feratur: uel ad ineundam consuetudinem: uel ad retinendam.

ibido

Dolor

XXVII. Reliquus uero sine rōne affectus est dolor: quo nullum existimo seueriorē. Nā (ut ait Cicero) cum omnis perturbatio misera est: tum carnificina est

dolor: Qui ubi pupugerit animum: uiolentius currum
trahit. Equidem id plerũq; accidit: ut si quemuis alium
amica uel respexerit uel aspexerit suauius: si quid cuiq;
familiarius locuta sit aut largita: Contraq; si hãc quis
quã nutibus nuncio beneficio ue tentauerit: immo si uel
aspexerit: confestim miser ille dolore immanissimo ue
xatus excruciatusq;: efficitur studiosior: solicitior: promp
tior: & (uerius ut loquar) stultior. Mox enim per amicæ
uiciniam bacchatur: ædes circuit: conatur & uideri &
haberi non modo elegantior: uerumetiam præstantior
& dignior. Nihil deniq; prætermittendum arbitratur:
quod ad alendum amorem: corroborandumq; ualeat:
si præsertim amica dissimulauerit amorem: aspectumq;
auerterit. An non tum uel maxime currum dolor tra
hit: cum riuales quis odio dolis insidiis obtrectationi
bus rixisq; prosequitur? Demum non dolere is non
potest: qui cum ei fortuna opportunum locum tempusq;
obtulisset: quicquam intermisit: quo potuerit aut ami
cam inducere: inflammareq; facilius: aut ea forsitan po
tiri. Qui quidem dolor cum ut creberrimus: ita sit acer
rimus. (Adest enim quotiens conatur animus efficere:
quod aliquãdo prætermisit) sæpe non tam trahere currũ
credit q̃ distrahere. Sed de hoc satis.

XXVIII. Iam uero innumerabilium mortalium
qui currui addicti in quattuor genera partiunt: ea signi

Currũ sequẽtes varii

ficatio uidetur: ut ii tantummodo capti iudicentur: qui
aut eleganti forma: aut ingenuis moribus gestu ue libe
rali repente deliniti: in primis ad amandum moti sunt.
At eos etiam uinctos censeo: quos aspectus muliebris nu
tusq; illexerit: atq; ita: ut nullum respuendum putarint
iugum seruitutis. Porro uulneratos: qui diu in eiusmo-
di studiis uersati: usq; adeo debilitati sunt fractiq;: ut
magnam pudoris partem uerecundiæq; perdiderint.
Qui uero mortui dicuntur: iis non uideo quid supersit
spiritus nedum uirium. Nihil enim habent quo plane
uiuere probentur: si ipm̃ etiam quo credebantur uiuere
animum prodigerunt: ut qui libidinibus obruti: nihil
aliud cogitant nisi delicias: nisi crapulã: nisi adulteria:
stupraq; & scorta noua.

Capillus flauus. ac crispus

XXIX. De cupidinis capillo quẽ flauũ ac crispũ
esse: perq; lacteã ceruicẽ sparsum ferunt: quid dicã uix
inuenio: nisi forte significat illecebrosam miseriamq; il-
lam pceptionem uoluptatis: qua quiuis amator irretitus
q; se unice & amari ab amica: & hac potiri existimat:
se quoq; ipẽ q̃ fœlocissimum opinat̃. Quod si non ita
est: non intelligo cur ædes priuatarum potius petantur
q̃ lupanaria: cum præsertim scorta illa publica atq; om
nibus exposita: plerunq; & formosiora sint & faciliora:
omnesq; fœminæ eodem ritu fricatione sapore subagi-
tentur: quamq̃ sine pudore ista non loquimur: ut intelli

Domus publice veneri dicate

gatᵉ an facere deceat: quod nõ decet loqui. Quid ꝗ uul-
gata illa corpora sæpenũero minore sumptu: sine labore
sine ꝑiculo: sine metu: quocũꝗ fere tempore possideri
possunt. Vt igiᵉ capillus & si suꝑfluus est corpori: non
nihil tamen ornamenti & decoris affert: itidẽ uoluptas
ꝗꝗ non ẽ necessaria: iccirco tamẽ appetiᵉ uehementius
ꝗ hæc ipsa & maximũ bonũ & efficiẽs glorie plurimo
rũ opinioni polliceri uideaᵉ. Sed hi ꝑfecto quid sibi ue
lit capilli color atꝗ facies: nondũ ꝑceperũt. Flauus enĩ flauus crinis
color qui ex uiridi & ruffo & albo cõcretus ẽ: uideᵉ mi
hi iuuentã significare. Quæ quidẽ ætas quoniã quodã
mõ uiret: & sanguine succoꝗ abũdat: ad coitũ censeᵉ
aptior. Ex quo intelligiᵉ senibꝰ plãe negatã esse luxu-
riam: ne exhausti iãiam extinguanᵉ: afficianᵉꝗ igno-
minia & fœdiore & sempiterna. Neꝗ uero ita Venus Venus
indulget iuuentuti: ut non hanc quoꝗ quatiat: exte-
nuet: uexet etiam morbis: uitamꝗ reddat breuiorẽ. De-
clarat etiam id capillus: qui crispatur in morem maris
nunc intumescentis: nunc deiecti: ut etiam discamus
nihil esse in uoluptate planum: stabile: quietum: sed to- voluptas
tum salebrosum: temerarium: turbulentum. Quæ teste
Seneca tum cum maxime delectat extinguitur: nec
multum loci habet: ꝗ cito implet & tedio est: & post
primum impetum marcet. Deniꝗ capillus cum la-
cteam circũtegat: prematꝗ ceruicem: quæ non immerito

erectionem roburq́ significat humanæ libertatis: facile
id quod est innuit omnem Venereo illo opere uim &
animi & corporis sopiri atq́ opprimi.

Corona cupidis

XXX. Reliquũ est ut uideamus quid cupidinis
diadema corõa ue significet: quã ꝑmulti aureã: alii lau
reã: nõnulli cũ quibus ego sentio: myrteã potius esse uo

Corona triumphalis e lauro.

luere. Non enim cupidinem corona triũphalis decet:
quæ apud priscos Romanos e lauro: post fieri ex auro
cœpta: imperatori qui de potentissimis ꝑtinacissimisq́
hostibus triumphasset mittebatur. EMYLIA. Er-
ras hic Antoni. Si enim ut inquis aurea corona debet̃
iis tantũmodo: qui de præstantissimis infestissimisq́ re-
gibus triumpharũt: cur non hac ipã Cupido potius do
net̃: qui non tam eos quos memoras uictores fortassis

Cupido triũphans

sæpe uicit: q̃ de omnibus fere quicunq́ in orbe terrarũ:
& sunt & fuerunt non principib9 solum atq́ tyrannis
sed populis etiam ac nationib9 triumphauit: dũq́ mun
dus erit triũphabit? ANTONIVS. Fateor ita qui-
dem esse ac fuisse foreq́ ut dicis. Sed tamen certum est

Cupido repugnãti nõ superat

a Cupidine adhuc superatũ esse neminem: nisi qui non
solum non repugnasset: uerũetiam uinci uoluisset. Ex
quo sequit̃ illum esse omnium impotentissimũ planeq́
fragilem: qui nisi uolentem uincere non possit. Est igit̃

Corona myrthea

myrtea huic aptior: qua utebant̃ imperatores: qui ouan
tes urbem introibant. Ouandi autem, ut Aulus Gelius

referret)ac non triumphādi causa est: cū aut bella non ri
te indicta neq; cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium
nomen humile & non idoneū est: ut seruorum pyratarū
q;: aut deditione repēte facta in puluere ut dici solet) in
cruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptā esse Ve
neris frondē crediderunt: q; nō Martius sed quasi Ve
nereus quidā triumphus uideret᷑. Ex quo ꝑspicuum est
effœminatos fractosq; homines recte myrteis frondibus
& significari & notari. Qui nimirum facile uincuntur:
eius gēmæ fulgore illecti atq; tracti: quæ diademati cu
pidinis coronæ ue nexa dicit᷑: quamq; interp̄tor: iucun
dā illā illecebrosamq; speciē siue potius imaginē summi
boni: quod hūiles mollesq; animi esse in uoluptate opi
nant᷑. EMY. Cupio id etiā Antoni ut explices: quo
nam modo cupidinis capillū gemma ista uariet. Sic enī
Naso scripsit. Tu pēna pulchros gemma uariare capil
los Ibis in auratis aureus ipse rotis. ANTO. Ne id
quidē prætereibo: q̄q̄ si tenes quæ ꝓxime disputata sunt:
quid istud quoq; sit facile potuisti discere. Nam si cōcu
bitus capillo: gemma uero significat᷑ imago ipa opinati
boni: profecto tū capillum gemma uariari putandum est
cum insaciabilis ac gestiens appetitus diuersos nouosq;
inquirit concumbendi modos.

XXXI. EMY. Nō uideo Antoni quēadmodū
quæ secundū naturā sunt: ea aut deseri possint aut mu

Quare cupiditas homini

Voluptas in coitu quare

Cause multe vitandi con- iugii

quidem cæteriq; sensus: nisi ut p eos ageremus quæ ho-
nesta essent: quæq; ptinerent ad uiuendi necessitatem.
EMY. Quid igit oportuit ut deus tātam tanq; ardē-
tissimam corporibus immitteret cupiditatem: si (id quod
non dubiū est) efficere potuit: ut liberi sicut absq; paren-
tū dolore: sic quoq; sine uoluptate gignerent. ANT.
Ea nēpe (ut opinor) necessitas fuit: quoniam mas & fœ-
mina nisi uoluptate illecti se inuicem appeterent gaude-
rentq; coitu: nulla in beluis rarissima in hoībus esset
procreationis cura. Cum enī nō tam generandi q̄ pci-
piēdæ uoluptatis causa uterq; sexus alteri cōmisceatur:
uixq; accidat ut aliquando fœmina (de hominibus lo-
quor) & si non sterilis senex ue sit: cōcipiat: profecto aut
semp aut sæpenumero maritus: q̄q̄ cupidus liberorum
frustra uxori etiam nō repugnanti cōiungeret. Quid
ꝙ multæ possent esse causæ: quæ hoīes inducerēt: sed
mulieres præsertim ne darēt operam filiis suscipiēdis: ut
fastidiū pondusq; conceptus: ut pariēdi iū dolor iū peri
culū: ut labor educādi: ut inopia rei familiaris: ut suscep
torꝝ antea liberorꝝ prauitas ægrotatio ue diuturna: ut
bella suspitionesq; bellorꝝ aut cladium cæterarꝝ. Præte
rea innumerabilia alia quibus multiplicatio generis hu
mani nō impediret solum: sed fere etiam desineret. Ta-
ceo ꝙ uix coniugiū quidē esset ullū: ꝙ huius seruituti
atq; uīculo admodū pauci reperirent qui subigi uellēt

etiã sobolis tollẽdæ gratia. Quæ quidẽ impedimẽta oĩa adimit & delet naturalis ille ardor blandimentũq̧ libidinis. Quãq̃ aũt eiusmõi cupiditas ẽ homini cũ beluis cõmunis: habet tamẽ is rõnem (ut diximus) q̃ illã coercere possit ac uincere. Ex quo apparet eã homini datã esse nõ tã gignẽdorꝝ liberorꝝ causa: q̃ ut abstinẽdo a uoluptatibꝫ hasq̧ reprimẽdo: in quo uirtutis rõ maxime uersat̃: & laudẽ assequeret̃ & gloriã. Nulla eĩ laus: nulla gloria: nulla uirtus est nõ facere quod nequeas. Duc igit̃ uxorẽ: si auidã illã inhiantẽq̧ libidinẽ frenare aliter nõ potes: ut & cõseq̃re quod appetis: & sine peccato conseq̃re: quãdoquidẽ cõiugium nõ mõ ad ꝓpagandã successionẽ: uerũetiã ad cõiugatorꝝ remediũ atq̧ adiumentũ est institutũ. EMY. Atqui uxorẽ ducere nõ placet: sed uitã potius cælibem uiuere: si modo possem. ANTO. At hoc loco posse nihil est aliud q̃ uelle. EMY. Quin cũ uelim sæpeq̧ uoluerĩ & conatus sim nullo tamẽ pacto aut quiui unq̃ aut queo. ANTO. Fateor id quidem difficile & uideri & esse: sed iis qui nesciunt omnino aut quibus oppugnent̃ hostibꝫ: aut quẽadmodum his etiã agnitis reluctari queant.

XXXII. EMY. Dic igitur obsecro atq̧ explica: qui hostes isti sint: & quo reprimãt̃ genere armorꝝ. Cupio eĩ id audire. ANTO. Petis equidẽ quod uolebã etiã nõ rogatus dicere. Plerosq̧ sane toleramus inimicos

Voluptas cur data

Coniugium

Inimici nobis plures iminent

Corpus pº hostis

Dyabolus alter

Intēperantia maiorum scandalosa est

& eo quidē piculosiores quo occultiores. Oēs enī quasi latrones quidā ex insidiis fere ante feriūt q̄ uideantur. Sed tres sūt ex his facile prīcipes ducesq; cæterorum. Suos aūt habet quisq; milites: quib9 reluctari maxīe oportet. Obstāt enī impugnātq; uehemētius. Dimicat aduersum nos in primis ipm corpus suauissimis a sensib9 illectū: idq; maxīe ī adolescētia & uirili ætate: q̄ą calorē atq; incēdio redundās: sese haud facile retrahit a coitu. Obstat deīde aduersarius ille noster diabolus: qui cū nō nesciat q̄ta sit in hoīe appetētia uoluptatis atq; uis: eāq; ob rē existimet nullū se habere rætē: neq; cōmodius neq; aptius ad illū capiēdū ac necandū: offert sæpe oculis alliciētes imagines atq; formas: suggerit illicitas curas: sicq; naturalē illū incitat atq; īflāmat ardorē. Deniq; uehemēter nos oppugnat infinitorum pene hominū intēperātia: maxime aūt seniū & eorum qui amplissimis prediti honorib9 & dignitate plerūq; ita uiuūt: ut pniciosissimis morib9 ac luxu cuiusq; generis nō solum urbes sed puincias inficiāt: sintq; adolescētib9 psertim & corruptioni & morbo. Nō enī id agere aut pudet hos aut piget: quod impune a multitudine nō tā factitari q̄ quodāmō pbari uidet. AEMY. Quid q̄ illudit plerisq; si forte in cōparādis uoluptatibus fuerit tardiores? ANTO. Utinā ii essemus: quib9 semp hoc pacto illuderet: facilius sane pateremur a stultis q̄ a sapiētib9 illu

.XXVI.

di. Cōſtat aūt eos inſanos & cœcos eſſe: qui uicia ſequū
tur. Qui uero negligūt deteſtant̃: fugiūt eos utiq ſapiē
tes uiros & bonos eſſe. Solēt igit̃ qui cœci ſunt: cœcūq
imitant̃ eos illudere qui uidēt. Id aūt ꝓpterea: quia eū
uoluptatē ēē nō ſūmū bonū opinēt̃: eos illuſiōe dignos
iudicāt: quos ad illud capeſſendum negligentiores eſſe
animaduertunt. Viderent autem fortaſſis: reſipiſcerētq
ab amentia: ſi quando quid ſibi uelit Cupidinis ima-
go naturaq intelligerent. Optarent deinde (id quod
experis) cognoſcere quemadmodum huius armis atq fa
cibus obſtari queat. Quod quidem iamiam ſtatueram
efficere: quoniam (ut propoſueramus) de huic aduerſa-
rio Cupidine: in quo medicina omnis ſaluſq uerſa-
tur: demum fuerat diſputandum. Sed nunc quidem &
tenebris & humiditate cogimur loci: ut ad ciuitatem
properemus.

XXXIII. Illic enim ſi ad multā etiā noctē uigi-
laturi ſumus: commodiore utiq & loco & ocio utemur
quamq (ut exiſtimo) non erimus longiores: q Ante-
rotis ſimulachrum quale ſit: immo utrum ne uſquā ſit:
fuerit ue incertum habeo: eamq ob rem nihil omnino
ſim habiturus: quod de illius ſignificatione uel ex-
plicare uel ſentire poſſim: niſi forte mihi: neq poe-
tæ neq pictori ideo hunc ipſum licet talem finge-
re: qualem aut eius natura aut prioris contrarietas

Antherotis mentio

expostulat: q̄ siuė poetæ siue pictores qui populo placere conarent̄: quoniā eiusmōí simulachrꝫ nō etiā uulgo placiturꝫ arbitrati sunt: nō fingendū putauerūt. Sed utriqꝫ fortasse ideo etiā cōsilio ꝑtermisere: q̄ nō fore difficile existimarēt uno posito cōtrariorꝫ: alterꝫ q̄le esset ilico cognosci posse. Fingamus igiť Anterotē non iā puerū sed uirꝫ: q̄lē Hippolytum fuisse legimus: quē uultu pudico fortiqꝫ: cādido amictu: rigido uero incōpositoqꝫ capillo: sed floribꝰ ac uitta redimito: nūc cōprimentem equos: nūc urbana relinquentē: amantē siluas: in mōtibꝰ uersantē: canibꝰ demū insequentē feras: arcuqꝫ & telis cōfigentē: ꝑterea laqueis ac rætibꝰ decipientē Ouidius descripsit. Quid aūt hæc significēt: ubi domi erimus explicabo. EMY. Bene cōsulis Antoni: quādoquidem hoc loco cōmorari diutius non datᷣ. Pergamus igiť: ne forsan excludamur. Solēt eñ (ut scitis) ianitores sæpe uino lāguidi intēpestiue nōnunq̄ nō tā cōseruādæ tutādæqꝫ ciuitatis q̄ quietis gratia: surrectis iā pōribꝰ portas etiā occludere. Et uereor sane ne currētes quoqꝫ fuerimus tardiores. Illos igiť uel clamore orādos ac morādos cēseo Quippe qui huiusmōi signis admoniti expectare sæpe soleāt. Exclama igiť Antoni: & uoce tāta contēde: quāta potes maxīa. Multum enī habes & spiritus & soni. ANTO. Facerē id quidē: nisi ista me iussio ad risum cōpulisset. Scis eñ ridentē clamare nullo mō posse. Præ-

Anterotis Imago

Portarū ianitores

terea istud ipm̄ clamare nō esse sapiētis. AEMY. Sed
ne ridere quidē. ANTO. At nescio quid post nos au
dio strepitus: uideoq; (nisi fallor) nōnullos equis insiden
tes: q̄q̄ ꝑspicuū ē eū qui ꝓcedit esse ꝑtorē. Equus notus
est: præterea pileus phaleræ. AEMY. Quin id iā tu
ba nūciat. Quare tenendū ē nos ꝑter spē hac nocte suo
quēq; in lecto quieturos. Nō enī dubito prætorē tū be
nignitate sua tam prudētia effecturū ne excludamur: si
etiā nihil orauerimus. HAEDVS. Sed uel apto ca
pite cēseo salutandū hominē. Id enī honoris genus no
stra fuerit oratio: quādoquidē latinā is linguā nō intel
ligit. Et ꝓperādum ē nihilominus dū nos uidet: dumq;
fere præterit: ut eum nostra hæc acceleratio item doceat
quid maxīe uelimus. AEMY. Bene mones Hæde:
Sed ego paululū de uia secedendū puto: ne qui a tergo
instāt equi nos ut sunt feroces aut ꝓterant: aut cœno in
spargitēt. HAEDVS. Sed iāiam uocē gradūq; cōpri
mite: Prætorē salutemus. AEMY. Exorauimus sa
ne dilationē ut opinor. Potuimus eī intueri q̄ uultus li
beralitate q̄q; capitis humanitate adorātibꝫ nobis præ
tor grām rettulerit: tā & si paulū ante nos sese in portū
naonis ē recepturus. Portas iā uidemus. Sed q̄s ad ædes
diuertēdum ē? HAEDVS. Equidē ad meas. Nō eī
decet senē noctu ꝑ oppidū uagari. Vos aūt ueniā īpe
trabitis facilius: q̄q̄ ut nemini ī suspicionem ueniamus:

censeo quod reliquū est disputationis in crastinum diē esse reiiciēdū: cū plerūq; noctes sint breuiores: & disputatio fortasse futura sit lōgior q̄ putamus: ac deniq; quietis aliquid sit cōcedēdū senectuti: mihi uero maxīe quē mūere sacerdotii etiā ante lucē fungi quotidie oporteat. AEMY. Idē ego sentio: quid tu Antoni? ANTO. Nēpe istuc ipm. Sed nūc inter nos statuē dum est: & q̄ parte diei: & quē in locū cras conuēturi simus. HAEDVS. Ad me uel mane uel post meridiē si uoletis: Sed mane potius: ut si lōgior fortassis fuerit disputatio: eāq; totā esuries tediū ne nō tulerit: quod erit reliquū sermonis: id ī postmeridianū tēpus differamus. i. post diurnā solitāq; quietē: q̄ maxīe senes occupanē: q & noctu parum dormiūt: & diluculo exurgūt: q̄q̄ ne iuuenes quidē nō interdiu somnus opprimit: cum plerūq; post cibum mox aut legūt quicq̄ diutius aut audiūt. AEMY. Nihil ista uerius snīa. q̄re nō appellādū ē antoni. ANT. Quī etiā parēdū ē oīo. HAEDVS. Valete ambo. nūc eī ut lectū quisq; repetat & natura ipa & tēpus postulat. Valete rursus. ANT. Et tu itē. AEMY. Vale.

Somnus meridianus

PETRI HAEDI SACERDOTIS PORTVSNAENSIS AD ALEXANDRVM EX FRATRE NEPOTEM IN SECVNDVM ANTEROTICORVM LIBRVM PROOEMIVM. XXXIIII.

.XXVIII.

u

Tinam Alexāder prisca illa tempora
eorum rediret philosophorum: quorum
studium omne non solum cogitatio in
ueri inuestigatione uersabatur. Nullæ
illis diuitiæ cordi erant: nulla magistra
tus: nulla imperii cupiditas: nullus deniq3 luxus: quip-
pe qui solo sapientiæ desiderio flagrantes: externas res
contemnerent. Nec iniuria. Non enim nesciebant ni-
hilo indigere posse sapientē. Deinde hoīs dignitatē eo
maxīe cōstare: ut se ipē cognoscat: q̄tūq3 differat a brutis
Præterea motus animi regere ac subiicere rōni: sibiq3 ī-
perāre summū imperiū putabāt. Tātū uero ab illis abe
rat luxuria q̄ potissimū scirēt hebetari hominū ingenia
frāgiq3 aīos: ut quicquid ad Venerē aut fouēdā aut ex
citandam ptinere posse arbitrarent: id omne negligere
uitare p cōtenderent: sequerent aūt ea quæ tum ad fu-
gandas uoluptates: tum ad apprehendendam discipli-
nam accommodata uiderent. Itaq3 eorum plurimi aut
ciuium frequentias: aut etiam ciuitates reliquerunt: ut
Pythagorei: ut Stoici: Quorum alteri ex urbibus egres-
si: in solitudines perfugere: alteri quamquam athenis: se
creta tamen quadam in porticu: ubi Zeno quondam
legere soleret: commorabantur: ut semoti a uulgo: ope-
ram expeditius darent philosophiæ. Plato quoq3 ipse
cum non pauper esset: ut refert Hieronymus: elegit

Musæ solitudines querunt

Academiã uillã ab urbe ꝓcul: non solũ desertã sed etiã pestilentẽ: ut cura assiduitateq; morborũ libidĩs impetus frãgerent: eiusq; discipuli nullã aliã sentirẽt uoluptatẽ q̃ earũ rerũ q̃s discerẽt. Qui aũt sic essent instituti: poterant ne intẽperanter uiuere? Nulla igit̃ illis (ut opinor) diligẽtia erat uictus cultusq; corporis: qui p̃ter quercus & fagos: quarũ consuetudĩe umbra iucũditateq; utebãtur: nullũ uitæ suæ testẽ cẽsorẽ ue sortirent̃. Nã fastidiũ si quod fortasse nimio intẽtoq; studio nõnunq̃ cõtraxissent: id aut cãporũ siluarũq; pagratiõe: aut speculatione fontiũ: aut deniq; riuorũ fluminũq; murmure leuabant. Poterãt quoq; uarias uel ex auium cãtu: uel ex uenatu nõnunq̃: præterea ex aucupiis piscationib; ue cape oblectatiões: q̃q̃ nõ ita illis existimo neq; a præceptorib; neq; a seipis scire pcupiẽtib; indultã pmissam ue fuisse ĩtermissionẽ studiorũ: ut nõ paulo post ad ea esset redeundũ. Fuerat eĩ fastidiũ nõ etiã aĩus dissoluẽdus. Nõ igit̃ mirũ: si eruditi: si sapiẽtes: si fortunati demũ euadebãt. Nã his postea siue ĩ ocio siue ĩ negocio esse mallẽt uix deerat potestas alterũ adipiscẽdi. Itaq; aut doctrĩæ aut foro sese alii dediderunt. quidã uero ad rẽ publicã admĩstrandã gerẽdũ ue magistratũ suscepti sunt. Qui aũt aĩo essent angustiore: hi se ad priuata quædã mũera & ad cõdẽdas historias: uel ad dãda p̃cepta quædã uiuẽdi cõtulerũt: ne nihil aut didicisse aut fuisse putarẽ

tur: Quare sæpenumero cōsiderāti mihi quæ instituta qui mores: qui status sit huius ætatis discipuloꝝ: uidentur illi quidē de quibꝫ diximus philosophi ꝑbeati fuisse: qui tā & si nulla dei ueri cognitionē: sed sciæ tātūmō cupiditate ac gloria īuitati erāt: tā cōtinēter nihilominus tēperāterq; uixere: ut nō aliter existimarent se sapientiā cōsecuturos: nisi ab illecebris se corporis uīdicassent. Nequeo igit̄ nō admirari ne dicam nō dolere: cur christiani cū simus: ī eā tamē miseri deciderimus: uel cæcitatē uel īpudentiā: ut nō illud nobis & turpitudini esse uideamus & sceleri: q; a gentibꝫ cæterisq; a deo alienis nationibꝫ in discēdis artibꝫ uitæq; moderatione superamur. Itaq; qui primus ex īnocēti ac libera solitudine: e q; syluaꝝ opacitate atq; silētio scholā ī urbes trāstulit. nescio an is hactenus debitas pœnas necne dederit. Admisit eī scelus īexpiabile: quod quidem multoꝝ extitit maloꝝ causa. Nec extitit solum: sed & existit & extiterit. Vidit eī ille quid tū sibi utile foret: tum ciuibꝫ quid etiā ꝑiucundum: quid deniq; gloriosum: nō etiam quid sibi mœroris: quid erūnaꝝ: quid ignominiæ plerūq; afferre posset alliciens illa ꝑegrinæ iuuētutis cōsuetudo. Sciebat igit̄ ille quidē studiosoꝝ iuuenū frequētia atq; sumptu: publice priuateq; augeri opes ciuitatis. Cultu aūt & disciplinis ipsoꝝ gymnasii noīe nō mō exornari urbem: uerumetiam celebrari esseq; memorabilem

Scholarum translatio Exitiosa

& laude dignā. Non etiā illud uidebat fœminas urba-
nas plerūq; incolis q̄ ciuib9 magis delectari: sed iis prae
sertim quos cū uestis tum morum elegātia preditos esse
cernerēt & facie liberali. Quas quidē ad res quantum
corruptelaꝝ atq; īfamiæ sæpenūero accedat: quis nesci
re potest: cum nihil aliud fere præter uiciatas uirgines
& adulteria non anguli urbis mō: uerumetiā theatra so
nent. Non est igit̄ pobscurum q̄tum incōmodi: q̄tumq;
dispendii sapientiæ studiosis inferat incolatus urbium.
Qui cum sint hoīes: facile iis rebus capiunt̄: quibus affi
citur natura: commouetur q; appetitus: Quem mox se-
qui solet cupiditas placendi quædam: cui nempe cura
inest earum rerum: quæ feris etiam animis blandiant̄.
Quare plurimum & operæ & tēporis in seipsis polien-
dis comandisq; conterunt: multum præterea pecuniarū
in omni supellectilis genere consumunt. Quis uero pla
ne recenseat eos sumptus: quos exquisiti immoderatiq;
uestitus ac uictus nitor atq; pōpa exhaurit? Quæ nimi
rum omnia siluarum montiumq; solitudines nō modo
non postulant: sed ne cogitant quidem. Satis esse pu-
tant ea sibi non deesse: quibus tum famem: tum nudita-
tem aeris ue intemperiem depellent. Sed quid, ego fru-
stra deploro miserias huius temporis: cum uincat arro-
gātia radixq; malorum omnium auaritia: & suā quisq;
sequat̄ utilitatē: si etiā nōnūq̄ sit cū turpitudīe cōiuncta

In urbibus igiẽ cõmorari discipuli uersariq̃ cogantẽ:
quãdoquidẽ nõ tã præceptores q̃ hoꝝ cõductores prĩci
pes tyrãni ue id & cupiũt & uolũt. In urbibꝰ inq̃ stu-
diosi sapiæ cõmorenẽ: audiãt: ediscãt: mõ doctores adhi
beãt in his instituẽdis & curã & diligentiã: neq̃ tam
frequẽs sit tãq̃ diuturna ĩtermissio docẽdi: q̃q̃ ipis quo
q̃ auditoribꝰ plerũq̃ succẽsendũ esse iudico: qui & no
uas quot annis ferias instituũt: & ueteres efficiũt lõgio
res: ut taceam quanto illis sit impedimẽto annua illa fa-
ctiosaq̃ sui: uel rectoris: uel seductoris potius electio:
quam sæpe sumptus immoderatiores: semper contentio-
nes atq̃ odia: nonnunquã etiam uulnera sequuntur.
Quibus de causis illud iam effectum usurpatumq̃ est:
ut septennium quod olim omnibus iuri uel pontificio:
uel ciuili studentibus datum esset ad cathedram suscipi
endam: id ne duplicatum quidem satis esse uideatẽ: tam
& si idipsum profecto perstringere debuit tum copia li-
brorum: qui ꝑ hoc sane tempus uilissimo emunẽ: impſ-
sorisq̃ diligentia non minus emendati reperiunẽ q̃ ele
gantes: tum titulorum tractatuum ue nonnulloꝝ ꝑter-
missio ac negligentia: sed eorum ꝑsertim qui aut contra
ria cõsuetudine desuetudine ue abrogati uiderenẽ: aut
non difficiles intellectu essent: aut deniq̃ ad diuitias
parandas non multum habere uirium iudicarentur.
Quod quidẽ nullo modo probo. Nã ꝑspicuum ẽ illis

ex titulis sicut ex cæteris colligi permulta posse: quæ nõ alibi offendas: & scitu digna sint: & ad eas fortasse quæ sunt in usu materias apte ac commode applicari queant: uel exempli gratia uel similitudinis: quæ in quouis disputandi genere ualet plurimum. Sed cum isti gymnosophistæ meo neq; iudicio ducantur neq; sensu & te atq; cæteros mediocres iis maxime morem gerere: cedereq; oporteat: qui maxime: facultatibus & potentia excellunt: illud tantummodo esse tibi obseruandum cupio: ut quoniam nihil ingenio magis est inimicum q̃ uoluptas: eaq; q̃ turpis q̃q; misera sit: satis (ut opinor) est explicatum superiore libro: nullo cũ hoste magis ac diutius tibi certãdum esse putes: q̃ cũ ipsa uoluptate quæ ne uicta quidẽ cedit. Sed obstinatior quod ui nõ potest instaurare bellum: id blanditiis & indicit & molitur. Quibus in contemnendis si fueris remissior: se illa sensim explicabit: eriget: aggredietur te tandẽ: subiiciet: comprimet: coget etiam seruire. Sed insidiosa ista pniciosaq; blandimenta quemadmodum uitare queas: superareq; surrepentia: ea te docebit disputatio: quæ postera die in quam genus hoc distulimus quæstionis: ab Antonio mecum & cum Aemyliano est habita. Nam simul ac ad me illi mane uenerunt: nostramq; in porticum omẽs una cõcessimus: q; is locus & a tumultu & ab æstu alienus esset: sic ab Aemyliano cœpta res est.

Voluptas fugienda

.XXXI.

PETRI HEDI SACERDOTIS ANTE/ROTICORVM LIBER SECVNDVS: DE ANTEROTIS NATVRA ET MVNERE. XXXV.

EMYLIANVS.

h Aud iniquum fuerit Antoni: si quam heri uespe pposuisti de Anterote quæ/stio nem: istã nunc (ut es pollicitus) expli cabis. Sed illud nõ omnino pbo quod dixisti de Hippolyto: quem eundem esse Anterotem uoluisti. ANTO. Ego ne id Hæde dixi? HEDVS Dixisti alterũ (nisi memoria me fallit) nõ dissimilem al teri uideri: non etiã eundem esse. ANTO. Plane ui deo Emyliane mihi nõ licere sine testibus tecum quicq̃ agere: ita sæpenumero quæ cum ab aliis tum a me maxi me sunt dicta: hec simulas te aliter accipere: deq; his multo aliter sentire q̃ uel dicant uel intelligant a no/bis: ne tibi unq̃ desit arguendi causa. EMY. Velim hoc isto modo factum existimes: si semp intẽto esse ani mo quisquã potest: q̃q̃ nõ plane uideo quæ Anterotis esse possit ad Hippolytum collatio: cum priorem illum nullus adhuc (ut inquis) effinxerit poetarum: eamq; ob rem cui similis existat: cum nihil sit omnino: ne cogita/ri quidẽ potest: q nulla sit entis ad non ens cõparatio. ANTO. Recte tu quidem: si Anterotem poetæ nec

esse diceret: nec singularẽ pp̃etuũq; alterius Cupidinis aduersariũ. Est igit̃ Anteros. est sane. Et ea forsitan de causa nullam huic imaginem poetæ excogitarũt: q; iam Hippolytum finxissent. Cui tantum temperãtiæ cõstantiæq; tribuerunt: ut in eo posset Anterotis natura facile intelligi & uis omnis. Non igit̃ mirandum: si hunc illi q̃ simillimum esse diximus: quẽ hac potissimum rõne eundem etiam fortasse dicere nõ iniuria potuissemus nisi aliud Hippolytus: atq; aliud is qui in illo uigens elucescensq; regnabat Anteros fuisset. Non itaq; hic ualuit effingi commodius q̃ ut talis esset: qualem Hippolytus & habitu expressisset & moribus. Quæ quidem res quid significent: heri explicauissemus: nisi nocte (ut scitis) impediti: hunc in diem distulissemus omnia. AEMY. Incipe igitur iamiam uel p̃sequere potius quod cœpisti. ANTO. Perseq̃r: absoluã etiã si prius omnes sederimus: q̃q̃ Hædum suis in ædibus id præcipere decebat. HAEDVS. Facio tibi Antoni hoc loco potestatem præcipiendi etiam maiora: cum munere præceptoris maxime nunc fungi uideare. Sedeo igitur. Non enim hoc facio inuitus. Tu uero Aemyliane hic asside mihi. E cõspectu sedeat Antonius. Siquidẽ hoc modo quicquid dixerit: audiemus facilius.

XXXVI. ANTO. Recte tu quidẽ. Videt̃ aũt in primis de nostri huius cupidĩs genealogia disserẽdũ

quē Venere tercia natū ferūt. Hāc ego Ioue genitā & Dione interptor hūani generis naturā. Qui quidē homo ex aīa cōstat & corpore: ex quibꝫ altera Ioue. i. æthere orit̃: alterꝫ Dione: hoc ē: parētibꝫ. quos duos esse liquet. Iccirco aūt Vulcano. i. spiritui nupsisse Venus dicit̃: ex eaq; & Marte Anterotē gigni: q͂ is imago sit eorum: qui ueluti ex mēte rōni nō etiā sensibꝫ cōiūcta ꝓcreati: cōtinuū cū uoluptātibꝫ bellū gerūt. Quos eosdē euāgelista Ioānes: nō ex sanguinibꝫ nec ex uoluntate hoīs: sed ex deo natos esse scribit: atq; hunc deū Martē esse: sed quē Psalmista: & fortē dominū & potentē in prælio appellat. Sit igit̃ hic cupido motus animi ab intellectu ꝓficiscēs: rōniq; obtēperans: ac nō aliud explēs q̃ frugalitatē. Quæ tamē cæteras uirtutes q͂ oēs inter se nexe sint cōplectit̃. Frugalitatis aūt ut ait Cicero uidet̃ esse ꝓpriū semꝑ aduersari libidini: moderatāq; in oī re seruare cōstātiā: quā quiddē ī hippolyto scriptū ē fuisse

XXXVII. Huic primū rigidus capillus atq; ab iectus extitisse dicitur: q͂ sperneret exhorreretq; non necessariam uoluptatem: Quæ utiq; negligentia atq; contemptus quia rarius inuenit̃: cernit̃q; in paucis: hoīes in primis admirantes facit: deīde excitat ad laudē emulationēq; uirtutis. Non ab re igit̃ Hippolyti hirsutū caput floribus honestandum cēsuerunt: q͂ & uarietas florū pulcherrima spectatissimaq; sit: & odor suauissimus.

Nam florum honorem populus Romanus P. Scipio-
ni Aphricano tantum adhibuit: ꝙ is patriæ inimicissi
mam ac infestissimam carthaginem deleuisset. Siquidē
alii imperatores qui hostes cecidissent: laurea donaban
tur. Neq; uero capillus solum fert̃ ornatus floribus fuis
se: sed uitta etiam obstrictus: ꝙ sicut imperatoris (ut dixi
mus) insigne laurea est: sed eius qui magnifice gesserit
imperiũ: ita uitta sacerdotis sed eius qui sanctissime atq;
optime sacerdotio functus sit: quod ꝓculdubio castus ce
libatus maxime illustrat. Quem nimirum uitta significa
ri reor: quandoquidem Hippolyti capillus hac ipsa pres
sus dicit̃. Comprimit enim luxuriam continẽtia.

XXXVIII. Iam uero ꝙ ferocium equoꝝ colla
freno flecteret: sibiq; cogeret parere quid significet: pla-
num esse puto consideranti quod de Cupidinis superi
oris equis in frenibus ac præcipitibus est dictũ. Vt enĩ
ille qui nihil est aliud ꝗ̃ stulticia: affectibus non solum
non repugnat: sed etiam obedit eosq; sequit̃ furentes:
uel ab his trahit̃ potius ꝙ carens habenis rationis ne-
queat cohibere: ita noster hic cupido cum intelligat &
quales sæpe fiant: & quo ruere festinent: nisi comprimã
tur nõ sine labore uiq; maxima uagantem eorum lasci-
uiam atq; impetum ratione frenat frangitq;: tum autem
multo magis cum cogitat nõ solum quæ uitet incõmo-
da atq; uicia si eos suã redegerit in potestatem: sed etiã

quæ bona adipiscat͛. Quæ uero ille sint uel incommo-
ditates uel defectiones: ex iis colligi satis potest: quæ he
ri diximus ipsis ab affectibus oriri. Parit enim seruitutē
metus: ardorem libido: lætitia leuitatem: dolor autē ma-
iora quædam ac molestiora: tabē: cruciatū: afflictionem:
fœditatem. Ad hæc omnia cum miseria ac uituperio cō
iuncta ēē quis nesciat? E regione uero quæ sunt his con
traria: ut animi libertas: modestia: grauitas: indolentia:
atq; idem semp̱ uultus: nemo recte dixerit: nemo iudica
uerit non esse sapientis & magni uiri: ac continuo p̱-
digna laudis & gloriæ. HAEDVS. Præclare ista
quidem diceres Antoni: si quos equos frenare Hippo-
lytus & comprimere studebat: eos potius sensuum titil-
lationes interp̱taretur: q̄ morbos p̱turbationes ue animi:
hoc est affectus illos q̄tuor: qui coniūcti uoluptati uicia
planius appellant͛ a nostris.

XXXIX. Nam p̱ mentis qualitate naturam no
menq; commutant. Non enim bonæ mentis affectus es-
se malus potest: sicut ne malæ quidem bonus. Vt igitur
si menti appetitus dominet͛: sunt affectus illi quidē pas
siones irritamētaq; uiciorum: ita si ratio & uirtutes sunt
q̄ sine præmio non erunt: & charitatis tum insignia
quædam: tum munera. Itaq; pudica mens non sua solū:
sed etiam aliena gaudet læraturq; pudicicia: cupit hanc
conseruari: timet ne amittatur. Dolet deniq; si forrassis

eam aut periclitari cognouerit aut ruere. Quis ergo ne-
gauerit has hoc loco affectiones esse uirtutes? Non igit̃
Hippolytus equoꝝ colla q̄si uim quandam affectuū fe-
rocitatemq̧ comprimebat: sed hoꝝ potius ratione mu-
nereq̧ ductus: blandientium titillationes sensuum (ut
dixi) cohiberi nitebat̃ ac frangere. ANTO. Fateor
errorem meū. Non enim putabam affectus quos græci
morbos: quidam autem perturbationes appellare malue-
runt: in uirtutibus poni posse. Nunc uero ita sum isto
exemplo p̄suasus confirmatusq̧: ut nulla me argumen-
ta: nullaq̧ uis orōnis hac de sentētia unq̃ deiectura sit.
XL. Sed quoniam pudicicia difficile retinet̃ con-
seruaturq̧ in urbibus: ubi lenociniorum plena sunt om-
nia. recte Hippolitus ut tuto uiueret: relinquēda quoq̧
mœnia putauit. Quis enim tam constantis est animi:
quem nunq̃ tetigerit: nunquā mouerit tibiarum sonus:
& uocum ac neruorum cantus? Quis sine animi ægri-
tudine accedat ad circum: ad choreas: ad theatri ludos
scænam ue: cæteraq̧ spectacula: quibus in locis nō tam
cernitur q̃ discitur libido? Sed ne ibi quidem desunt
fœminarum insidie: aspectus procax: formæ uenustiores
luxuriosa ornamenta: odores q̃ suauissimi: gloriosa elo-
gia: nuncii: comites: multaq̧ id genus: quibus facile peri-
clitat̃ pudicicia. Quæ si fortassis ea tempestate: nec pe-
rit: nec mouet̃: plerūq̧ tamen haud multo post concutit̃

aut faciat. Nam
atque ita: ut e naufragium aut uix euitet: aut faciat. Nam
cum fieri nõ possit quin proxime audita & uisa diuti/
us animo inhæreant: ac prope in oculis uersent: fit sæ/
penumero: ut qui in acie fortiter certauerit: in ocio fran/
gatur: nisi hoc ipsum quouis studio liberali exercitioque
sustulerit.

XLI. Parum igit Hippolyto syluarum solitudies atque
ardua montium iuga cõtulissent: nisi feris multifariam
insectandis occidendisque uacauisset. Quamq possumus
eos dicere ad syluas montesque pfugisse: qui studiis uel
philosophiæ uel theologiæ sese dederũt. Quibus i dis
ciplinis omnis tranquille recteque uiuendi ratio uersat.
Sed quoniam nõ omẽs his studiis delectant: nec semper
dare operam queũt qui delectant. (Nã uel recreãdorum
aĩorum uel rerum agẽdarum causa nõnunq eiusmõi itermit
tunt studia cauẽdum est oĩo: ne quid nõ agat.

XLII. Nihil aũt est tã aduersum uoluptati q nego
ciũ: mõ id sit ingenuũ & liberale. Itaque curabat Hippo
lytus modo rætia laqueosque tendere: modo in prædam
excitare canes: clamoreque & gestibus hortari: tum fe/
ras insequi: cumque his pugnare: ac demum arcu teloque
perfodere: sternere: occupare. Equidem eum arbi/
tror rætia: laqueosque tetendisse feræ omnium immanissi
mæ: qui insidianti uoluptati insidias struxerit. Quod
quidem tamen fieri existimo: cum neque gulæ nimium

Ociositas evitanda e.

indulgemus: neq somno: uel tum potius cum horum fugimus sacietatem: eaq corpori negamus alimenta: quae id inflammant incitantq ad coitum: ut lautiora salita ue esculenta: ut crebra immoderataq uini potio: ut legumina: ut carnes sed porcorum praesertim: & si qua sunt eiusmodi alia. Horum enim omnium abstinentia & parcitate quasi retibus quibusdam atq laqueis uinciuntur: comprimunturq uoluptates: si nullo animi motu sed solo corporis oriantur: quamq utrouis eueniat erunt canes. Dicturus sum profecto quod abhorreat quidem ab opinione populari: non etiam ab eorum qui sacras litteras nouerunt: quae sanctissimos homines qui diuinam legem: tum uerbis: tum moribus uitaq docuere: canes nonnunq appellauit: q a dei grege lupum ac feras caeteras. i. diabolum huiusq satellites abegerit. erunt in quam canes. hoc est. omnes caelites. ipseq potissimum Iesus optimus maximus: qui noster est & patronus & adiutor: non modo clamore. i. supplicatione: uerumetiam gestibus. i. ieiuniis benignitateq in pauperes: ac demum lachrymis inuocandi excitandiq in praedam: hoc est: in concupiscentiam uel fugandam uel comprimendam Nam haec omnino extingui dum uiuimus non potest: q ea ut domesticus quidam hostis in corpore uersetur: huicq inhaereat: atq ideo magis cohiberi possit q euelli. Tum autem cohibetur maxime: cum multiformes fe-

Voluptatum Hamatura

Canes sagacitate latratus sui concupiscencias sedant.

ras.i. cogitationes diuersi quidem generis: sed feritate.i.
turpitudíe ac prauitate pares nó solũ obseruamus īsecta
murcq: sed etiã oppugnamus: ac deniq arcu teloq per
fodimus:sternimus:occupamus.Quæ omía quemadmo
dum fiant:quid ue significẽt explicandũ est.Cum igiť
concupiscẽs ille appetítus(ut dudum dixi) corporis ori
atur ex sensibꝫ: si præsertim cogitatio accedat: eaq in/
honesta & turpis.(Siquidem raro euenit:ut ea in re co
gitatio uersetur:quam nó antea sensuum perceperis ex
aliquo: quamq̃ ex se nonnunq̃ corpus etiam mouetur:
ut cum ea ultro appetit quæ illi a natura cóciliata sunt
atq insita:quietem:epulas:ægestíonem:coitum:& quæ/
dam alia.)in primis summa diligentia obseruandũ est:
ut non tactum modo:uerumetiam oculos auresq auer/
tamus ab iis rebus:quibꝫ uel molles effici possumus:uel
detineri. Sed maxime uisui est repugnandum: qui est
sensus acerrimus:quiq ponit pene in conspectu animi
ea quæ iam uisa tum cernere & uidere non possumus.
Et q̃q̃ aures nó parũ nocẽt:facilius tamẽ ad ea quæ ui
sa q̃ ad illa quæ audita sunt:mẽtis oculi feruntᷣ.
XLIII. AEMY. Quis id negaret.si colloquium
quod utíq auribus percipitur:non in secundo esset amo
ris ineundi & concipíendi gradu? Nam in primo po/
niť aspectus:cuíus in crebra suauiq motione:& si quæ
dam amoris significatio apparet: ubí tamen familiaris

illa fabulatio accessit de aspectu fere actū est. Sola deinceps quæ dicta quæq; audita sunt: aīo uoluuntur: prima ueniunt in mentē hærent: abire non possunt: q̄ spē uideantur afferre certiorē. ANTO. Afferant sane: sed tū demū cū ea aut præuenit aspectus: aut subsequitur: idq; sæpius: in quo iudiciū mētis maxīe uersatur. Cur enī Heliā heri offendere p̄cupiebas. AEMY. Nēpe ut spectarē. ANTO. Sed quā ob rē. AEMY. Vt me recordaretur: teneretq; mēoria. Vt se deinde intelligeret a me diligi: amari: appeti. Vt aliquā demū caperem illius ex aspectu uoluptatē. ANTO. Quid tū? AEMY. Vt me quoq; amaret: inflāmaretur: arderet. ANTO. Fateris ergo te haud ab ea diligi: quæ tui absentis nō modo non recordetur: sed ne adhuc quidem intelligat amorem erga se tuum. Quo fit: ut non facile uideam: quid eam prospectando percipias uoluptatis: cū amor præsertim nisi reciprocus non oblectet: nisi forte (ut inquis) amas: ut redamere: quasi uero perspicuū sit uiros a fœminis antea dilectis amari oportere. Quæ quidē & si gaudent: lætantur etiam amantum: tum multitudine: tum elegantia. (Factitant enim hoc ipm mares: quibus natura dedit ut essent constantiores.) eamq; ob rē suauissimo prospectu eorum quēq; cōsolantur: maximamq; in spem inducunt. quē tamen ex omnibus habeant peculiarē: haud facile discre-

Amor reciprocus oblectat

ueris:q̃q̃ eorꝫ tanta eſt amentia:ut ſe non peramari ne
mo putet. Eſt igit̃ aſpectus ꝑcipua uel ſuſcipiẽdi amo-
ris uel confirmādi cauſa. Ergo primū (ut dixi) ab eo de
clinandū. Deinde annitendū eſt:ut naſcẽtes undecū̃ ob
cogitationes illicitas atq; turpes continuo inſectemur:
iugulemuſq;. Quod quidẽ haud difficile fuerit: ſi eas
tanq̃ noxias oderimus:ſtatiq; animū ad honeſtas actio
nes conuertemus. Sin uero in illis amputandis aut re
miſſiores erimus aut tardiores: quorū alterum negligen
tia effecerit:alterum delectatio. non committendum eſt:
quin ubi primum id ſpeculabimur: continuo aduerſus
eiuſmodi feras bellū ſuſcipiamus: cumq; his omni con
tentione ſummiſq; uiribus certemus:atq; ita: ut arcu te-
loq; ꝑfoſſas ac ꝓſtratas occupemus: ne ſi forte adoleue
rint ac ſenuerint: & tanq̃ in uenis medulliſq; inſede-
rint:tū exiſtat morbus ægritudoq; robuſtior. Quæ qui-
dẽ cõcitatio animi inueterata uix curat̃. Itaq; initiis ob
ſiſtẽdū eſt:& arcus expedita promptaq; manu aſſidue
tendendus.i. ut parati uſq;quaq; ad repugnandum ſi-
mus:ſed eo telo præſertī quod ſub arundine plūbū ha-
bere Naſo dixit. Cuius metalli (ut inquit Plinius) in
medicina uſus eſt:cicatrices reprimere. Et cū ſit frigi-
dū natura: inhibere uenereos impetus:ſi eius laminæ
lumboꝝ parti renumq; alligatæ ſint. Nam uenerea in
quietæ ſponte naturæ erumpentia uſq; in morbi genus

Amoris vi-
tandi causæ

Plumbi Natura

Lamina plumbea
Venerem cohibet.

his laminis Caluus orator cohibuisse tradit̃: uiresq; corporis studiorꝫ labore custodisse. Sed hac medicina corpori medemur: Quæ ad animum ut transferri possit: huic similem dicemus esse metum illum cōcucientem: qui terror dicitur: quemq; tremor & palor sæpe consequuntur: tam & si hi recte ad corpus: nō etiam ad animum referri solent.

Terror libidinē sedat

XLIIII. Quamq̃ autem timor omnis atq; pauor homini frigiditatem affert: id tamen ea formido magis efficit: quæ uel ex imminentis instantisq; a tergo mortis: uel diuini ultimiq; iudicii: uel deniq; suppliciorum cum acerbissimorum: tum æternorum mēoria recordationeq; proficiscitur. Nam cæteræ conturbationes quæ ad corpus tantummodo uidentur pertinere: nec sæpe adsunt: nec forsitan adessent cum oporteret: etiam si optarentur. Sunt enim incertæ: & possunt non accidere. At mortis tempus duorumq; reliquorum & si nos latet: nihil tamen est certius q̃ id quandoq; fore: & citius fortasse q̃ suspicamur: sed mortis præsertim quæ propter incertos casus nobis quotidie minatur: & propter breuitatem uitæ nunquā longius abesse potest. Cū igit̃ nesciamus nec quo pacto nec quo loco: nec quando nobis sit ex hac uita migrādum: sitq; in nostra potestate horum quæ diximus maximorum periculorum meminisse: facile negligemus: cōtemnemusq; uoluptatem si ubi nos ad

Unde timor maximus

Mors Judiciū Dei Supplicia

Mortis memoria Voluptatē expellit

orietur: cōtinuo reminisci uoluerimus illo ipō puncto tē
poris posse nos etiam interire. Non enim dubium ē ex
mortis memoria frequēti & terrorem & salubrem pauo
rem quēdam in animo oriri: quorum alter frigiditate fe
ram illam beluam confodiat & sternat. i. debilitet per/
stringatq; libidinem: alter etiam occupet. i. superet & a/
nimo expellat. Id autem non tam ea de morte quam cō
munem habemus cum animātibus cæteris: q̄ de illa sen
tiendum est: quam cum diabolo habere omnino nemo
uelit. Nam mortē corporis minime propter se ptimescē
dam puto. Stultum enim est timere: (ut Seneca inquit.)
quod uitare nō possis: cum præsertim nequeat diu esse
mors. At propter secuturas pœnas & eas quidem sempi
ternas quis non paueat? nisi qui aut nihil arbitrat̃ esse
post mortem: quippe qui putet una animam & corpus
occidere: animamq; in corpore extīgui. aut ita uixit: ut
cum e corpore exierit: speret se beatum fore: atq; in cæ/
lum quasi in domicilium suum peruenire. Erit igit̃ hu
ic non fugienda aut metuenda mors: sed optanda poti/
us: quādoquidem ea iter est ad bonum. Ex quo efficit̃
ut ne ipa quidē malum sit: quæ iis etiam bonum esse po
test: qui pessime aut uiuūt aut uixerunt. Illam enim te/
nētes memoria desinēt (ut reor) formidabuntq; peccare
q; quales e corporibus migrabunt: continuo tales ante
iudicem deum afferendi sunt: proq; meritis æterno uel

Ex quali morte pavor

qualis mors tale premiū

gaudio uel suppl'icio afficiendi. Horum utrunq; & si quale quantumq; sit: quod ne cogitatione quidē cōprehendere quisquā potest: puto scire neminē præter eos qui iam experiunt: ipsa tamen perpetuitas declarat: quod infinitū & sempiternū sit: id summū esse siue bonū siue malum. Quis enī fruens uoluptatibus: si sine fastidio sempiternæ forent: non se fœlicē existimaret summeq; beatum? Quis econtra non dico in phalaridis taurum aut in uincula coniectus: sed uel apis aculeo uel muscæ assidue uexatus: non mallet emori: q̄ hoc perpetuo cruciatu quamuis minimo torqueri? Quid q; ne cum fatigati quidem sumus: sedere diu multumq; possumus? nec somno capti assidue quiescere? nec esurientes nec sitientes usquequaq; bibere aut esse? nec deniq; quicquid uis tam & si uoluptuosum appetibile ue semper agere ualemus?

Perpetuitas tam in bonis quam malis rebus suma

XLV. Ex quo facile intelligitur q̄ excellat cæleste illud ac supremum bonum: quod de deo bene meritis debetur: quodq; iccirco summum singulareq; & appellatur & est: q & sufficiens per se sit: & deesse nūquā possit. Habet igitur in se quicquid cupere homines & optare queunt. Et ut semel dicam: eo habito desiderari nihil unquā potest. Est ergo nobis magnopere formidandum: ne id omnino amittamus: dum sequimur uoluptates huius temporis: quas paucissimi magna

Celestis boni Excellencia

cũ anxietate adipiscuntur. Et tamen his etiã partis potiri nõ solũ semp: sed ne sæpe quidẽ possunt: prohibẽte nõnunq̃ sacietate: aut negãte natura.

XLVI. Nullũ enim uicium a deo magis hominem auertit q̃ uoluptas: ꝙ huius cupiditas & pertinacior sit & crebrior: atq; ideo malorum fere omnium origo. Nam ut omittam scortationes: adulteria: incestus: sacrilegia: raptus: illudq; etiam fœdissimum & immane scelus: quod ne nominare quidem ausim: quæ omnia propria sunt libidinis: hinc oriuntur sæpenumero discordiæ: (ut ante dixi: sed dicendũ est sæpius.) hinc inuidiæ: iurgia: rixæ: homicidia: proditiones: bella: cæteraq; generis eiusdem. Nullum deniq; flagicium (ut Cicero inquit.) nullum magnum facinus est: ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impellat. Quid enim perfidiam hominibus periuriaq; suadet? quid idolatriam? quid reliqua maleficiorum genera? nisi ea quæ hũana omnia & diuina uiolat: peruertitq; libido? Legimus regem longe omniũ sapientissimum Salomonem: non tã inductum q̃ coactum: ut idolis non modo sacrificaret: uerumetiam templum conderet: ꝙ a mulieribus esset deprauatus. Quo scelere effectum est: ut & diuina ipse gratia: & filius maxĩa regni parte spoliaretur. Admonemur itaq; ut uel supplicia cũ huius temporis: tũ æterna metuamus: qui perpetui plenicq;

Voluptas om[nium] malorũ fons

Libido causa homicidior[um]

Salomon ex mulieribus deprauatus

Timor suppliciorũ

gaudii contemplatione atq; spe abiecta: q̃ breuissimæ uoluptatis miseria furoreq; delectamur: q̃q̃ huius uitæ calamitates hac ipsa uita nequeũt esse diuturniores: quam certe cõstat interitu corporis euanescere.

Infernalium Pœnarũ terror

XLVII. Sed quem non moueat uel terreat potius non triplex apud inferos Cerbarus: non Cocyti fremitus: non transuectio Acherontis: ut poetæ ferunt Sed mors illa sempiterna: cuius est perpetuus minister: inextinguibilis & ater ignis: in quo nunc quidem animæ reorum: post autem etiam corpora cum diabolo eiusq; angelis æternum cruciabuntur? Istum autem ignem quidam acerbissimum esse autumant: longeq; hoc nostro acerbiorem: q omnem cogitationis aciem: omnemq; ingenii humani uim: ut superna illa beatorum gaudia excedunt: ita dolores cruciatusq; inferorum. At sit sane uel huic uulgari par: uel omnino idem: num in eo toti semper uersantes: nihil sentient doloris: si ne minimam quidem partem corporis in igne quisquam diu ferre potest? Sed quid diu dixerim: cum repente uixq; tactum hominem sæpe uel sintilla læserit? ut taceam q nedum igneos: sed solis etiam calores nimios plerumq; omnes fugimus. Est igitur apud inferos illud etiam aduersi: quod nequeunt nec æstum quo circumsepti obrutiq; sunt effugere: nec ab igne sic absumi. ut prorsus extinguantur: quandoquidem nullo

Ignis inferni acerbitas

Comparatio ignis infri ad Jur nostr

cruciatu immortales finiunt. Cupiunt illi quidem mo-
ri: sed nequeunt: Qui ob id maxime seruantur in uita:
ut semp morientes nunq̃ desinant. Auget praeterea poe-
nitentia & sera & inanis cruciatum: cum praesertim ui-
dent quod quidem semp uident. ea mala p̃caueri po-
tuisse. seq; ob minima quaedam ac breuissima oblecta-
menta in atrocissimas tandem poenas incidisse atq; in
miseriam sempiternam. Deniq; adauget molestiam de-
speratio ipa euadendi: & ut multa breui concludamus
ea omnium est eritq; ppetua conditio reorum: ut in au-
ditis incredibilibusq; suppliciorum generibus addicti:
plangere: uociferari: gemere: lachrymare: suspirare pos-
sint: nunquã respirare: nunq̃ recreari: nunq̃ requiescere.
Sed quid refrigerii capiant: qui semp ardeant: nullum
habeant uel consolatorem: nihil uideant: nihil audiant:
praeter tumultum luctusq; sociorum. Que si audiendo
exhorremus omnia totis uiribus enitendum est: ne illa
etiam uidendo sentiamus. AEMY. Sunt ista quidẽ
horribilia: quae ut facile uitentur saepe cogitanda sunt:
nec rarius q̃ primescenda.

XLVIII. Sed nõ minima iam uenit mihi in men
tem quaestio. Vtrum ne animae reorum nunc quoq; cru
ciẽtur: an tantum post resumpta corpora. Sunt enim qui
eis negent corporibus exutas quicq̃ poenarum pati pos-
se. ANTO. Ista Aemyliane nõ te capiet: quae tenet

Penitencia sera cruciatus pars

Ve gemitus ploratus & lachrime eterne

Questio mi-randa.

plurimos uel confidentia uel stolidiitas: ut arbitreris animas. q sint incorporeæ: nequire ullo modo pati: quasi uero (id quod maxime ad illas pertinet) angi nequeāt dolore: quo sæpe afficiuntur etiam cum in corpore non læso sed incolumi uersanť. Quod quidem anima uacuū cum nihil doleat omnino: perspicuum est huius dolorem nisi ab anima esse nō posse: dolereq; cum corpore: animam eo in loco corporis ubi aliquid contingit ut doleat. AEMY. At negant corporeis ignibus aut cōstringi animas aut torqueri: quos spiritus esse constat. ANTO. Vtriq; pinde negāt: quasi exploratum habeant ignem illum sempiternum: non nisi corporeum esse posse: aut si etiam talis sit nō posse diuinam omnipotentiam ei uim tribuere & continēdi animas & uexandi: cum aīæ psertim domicilio corporum: quæ cōstat ignibꝰ esse crassiora cōtineanť: sitq; ipse spiritus diabolus nullo assumpto corpore arsurus nō alio quidē igne q̃ quo homines ardebunt.

An animę corporeo igne urant[ur]

Ignis quo diabolus & animę torquent[ur]

XLIX. AEMY. Præterea negāt corpora summis cruciatibꝰ summisq; doloribꝰ affecta diu posse uiuere. ANTO. Quasi uero diuīa ui nō ea sint resurrectura quæ & sufficere semp queāt: & nullis doloribꝰ extigui cū ipse aīus præsertī dolere & quidē uehemēter possit: interire aūt nullo mō. Quid q Salamādra (ut refert Augustinus) i ignibꝰ uiuit: Quid q uermiū quoddā genus

Exemplu[m] Salamandre & Vermiu[m] in igne & feruore uiu[entium]

in calidarꝫ aquarꝫ scaturigine repiũť: qui in eiusmodi
feruore cõtrectatiõi hoĩum ĩimico: nõ solũ sine ulla sui
læsiõe uersanť: sed extra esse nequeũt. AEMY. At
nõ mirãdũ uideť ea aĩalia nõ hoc elemẽto cruciari: qꝛ
eo uegetenť. ANTO. Sed ĩcredibilius ẽ pfecto ue-
getari talibꝰ rebꝰ ꝗ̃ nõ cruciari. Est eĩ mirabile ĩ igni-
bus dolere: & uiuere nihilominus. Sed certe mirabilius
uiuere ĩ ignibꝰ nec dolere.
L. Si aũt hoc credĩť: cur nõ illud etiã? Sed nequissi-
mi hoĩes cũ hæc & audiũt & ita ẽẽ uel credũt uel sus
picanť: ꝑinus ĩeptis quibusdã sese ꝑsuasiõibꝰ nõ tam
cõsolari solẽt ꝗ̃ fallere. Nam existimãt nõ nisi post mi-
lia annorum futurum esse iudicium: ad quod oẽs resur
gemus. Atqꝫ ĩterea si etiã cruciabunť aĩæ: sua tamẽ cor
pora quæ nihil pœnarꝫ sentire possint requietura: ꝗsi
uero dolẽtibꝰ animis sine quibus corpora nõ dolẽt: nõ
ipsi doleãt. Aut si etiã multa milia annorꝫ resurrectio
corporum iudiciumqꝫ differeť: postea resurgẽtes multũ
sibi uideantur quieuisse. Quod quidem omne tempus
cum præterierit: nec quicꝗ̃ fuerit omnino: nec uidebi-
tur fuisse. Nam si nemo tam diu uixit: ut non se pa-
rum admodum existimet uixisse: seqꝫ a puero in senem
tanquam a mane in uesperam: inopinate quodammo-
do repenteqꝫ cucurrisse: si deinde nihil est morti tam
simillimum ꝗ̃ somnus: ex quo mortui dormire sæpe-

Dilematice & acute dict(um)

Stulta quorundam Opinio

Vita brevissima

Septem Dormientes viri

numero dicuntur: atque ideo septem illi uiri quos sacrae litterae ferunt circiter tercentum annos dormiuisse: una tamen cum nocte sese quieuisse arbitrabantur: quid insanis illis profuerit quies ista diuturna: quam non senserint: quaeque finem habeat supplicium sempiternum?

Diuini Ultimi Iudicii equitas & seueritas

LI. Sed nec uideo quemadmodum ista dilationis uel spes uel recreatio sine metu sit: cum diuinum illud ultimumque iudicium: non tam quousque quam quale sit futurum cogitatur. Quamquam id rei longius ab esse opinantur: sanctis uero cupiunt adesse credo tamen ad eiusmodi spectaculum iam praestitutum esse diem: sed notum ut puto esse nemini. Quod quidem etiam uulgari hac de morte licet dicere. Quam eandem existimo iudicium recte appellari posse: quandoquidem qualis cuiusque erit animus cum e corpore excesserit: talis hoc ipso iam resumpto in iudicio sistetur. Ac nunc cogitanti mihi quale id sit futurum: ea mox occurrit imago fori & iudiciorum: quae in reos capitis ferri solent. Quo tandem animo istos esse arbitramini: cum in primis se iccirco carcere educi sciunt ut puniantur: cum deinde accurrentem undique populi multitudinem: praeterea iudicem maximo ac grauissimo assessorum coetu circumseptum insidentemque curruli: denique lictorem carnificem ue: & supplicii ac mortis genus uident? Quid quod iam conuicti scelerum conscientia: demisso uultu: deiectisque ad terram oculis: uix nisi

Exemplo probat Damnandos

rogati quicq̃ audent dicere? Quid φ plerīq ne sup-
plicare quidē? At dū iudex ex tabella recitat sententiā
dūq tristis ille tubarū clangor pstrepit: & iāiam appro
pinquantē mortē denūciat: quo eos terrore? q̃ formidīe?
quo angore excruciari opinamur? cū ne nos quidē sine
perturbatione quadā ac horrore quicq̃ eiusmodi quea-
mus aut cernere aut audire. Quis deniq tum nō facile
intelligat examinari eos: tremere: cōturbari: maxīa mo-
lestia afflictatiōeq uexari: cū ad necē rapiunt? Et tamē
hæc oīa q̃q̃ horrēda ptimescēdaq sunt: ut taceā de ipa
necis angustia summoq dolore: quo nihil ē nec terribi
lius (ut dicit) nec immanius. illis nihilominus suppliciis
& ppetuis cruciatib' nō mō nō sunt paria: sed ne com
parari quidē possunt. Quæ enī collatio finiti ad infini
tum? Præterea iudices nostri tēporis nōnunq̃ erga reos
misericordia cōmouent: remittuut aliquid seueritatis: de
trahūtq & legib' & suppliciis. Nā plerumq uidemus
eos qui q̃tuor in partes uiui scindi mererent: prius secu
ris ictu a tergo pcussos in corde uulnus pugionis acce-
pisse. Atq itē eos qui uiuētes ignib' flagrare cōsumiq
debuissent: ante cesos esse capite. ne forsitā atrocitate pœ
narum diuturnitate ue cruciari: oīo impatiētes efficeren
tur: a deoq discederēt. At summus ille iudex & deus
christus: quo nemo humilior: nemo benignior: nemo mi
sericordior unq̃ fuit. (Est enī ipa misericordia.) sicut in

Iudicis sententiam / horror degit

Quadripartitura q̃lis / & Crematura

Deus ipa / miseratio est

primis homini præcepit ne peccaret: eiq; sæpe occasio-
nē sustulit peccandi locum: tēpus: sæpe etiā uoluntatē.
deinde lapsum ad pœnitētiam hortatus: q mori nollet
eum: pro quo ipe cruci affixus necatusq; fuisset: nunquā
misericordiam ad se conuersis negandam existimauit.
sic in puersum contumacēq; hominē solam tum iustici
am exercēs: nulla prorsus misericordia utet. Quo enim
pacto misereatur eius iam mortui: qui dum uixit ne ad
monitus quidem uoluit ipe sui misereri? Nec tamen iu
dex suam illam maximam ineffabilemq; clementiā est
prorsus abiecturus: qua eos certe donaturus est: qui hac
in uita misericordes extiterunt benigniq; in proximos.
Accipiēt igitur hi quam dilexere misericordiam: sicut
illi iudicium: quod male uiuentes: maleq; decedētes ne
glexerunt. In quo ita omnium non modo facta uerbaq;
expendentur: sed etiam cogitatus: ut ne minimum qui
dem malum sine pœna sit: sicut nec ullum sine præmio
bonum. Nulla illic cuiq; uel sua uel patronorum astutia
ualebit: qui tamen nulli erunt. Nulla illic ignorantiæ
fragilitatis ue excusatio quicq; afferet adiumenti: ubi re-
serante diuina ui: quæ neq; uitari neq; falli ullo mo-
do potest. omnes omnium libri (ut pphеta Daniel pre-
dixit) apti erunt: patebuntq; omnibus. Frustra etiā quæ
uis fuerit orō: frustra pstrationes: lachrymæ: ploratus: plā
ctus: q qui nūc ueluti benignus impator parensq; sua-

uissimus ꝓ quã facile flectit̃: parcit: amplexat̃: expectat:
&(ne id parũ sit) fungẽs etiã munere patroni ꝓ nobis
apud patrẽ deum interpellat. is tũc inexorabilis erit iu-
dex summeq; seuerus. Siquidẽ adueniẽs ille inclytus (ut
euangelium testat̃) sedensq; ꝓ tribunali maiestatis suæ:
circumstãte militia cælesti: circũ sedẽtibusq; apostolis: ac
tremente mundo: tandẽ in peccatores terribilẽ illam fe-
ret irreuocabilẽq; sententiã. Ite maledicti in ignẽ æter-
num. qui paratus ẽ diabolo & angelis eius. Hæc igitur
qui meminerit. nescio ei ne libeat luxuriari. EMY.
Libeat? nõ prorsus existimo: sed dũ ista cogitabit: dũ au
diet: dum leget. Cũ uero nihil horum fecerit: quæ sem
per facere potest nemo: cœperitq; ipse secum de amica co
gitare in occurrentem ue fœminam figere oculos. me-
tus ille omnis euolabit. Quid q; non metum modo: ue-
rumetiam ipsam metus causam ex animo præsens muli-
er expellet? si erit formosior præsertim: aut quæ fortassis
& amet & ametur? Cedunt enim facile & præsenti-
bus futura: & formidolosa uoluptatibus: si non illa si-
mul adsint: quod qui incolumis sit ualeatq; uiribus: q̃q̃
repente mori potest. id tamen tum accidere nec credat
nec suspicetur.

LII. ANTO. Tũ primũ oculi a mulieribꝰ detor-
quẽdi sunt: quarũ faciẽ Salomõ urẽtẽ ignẽ ẽẽ dixit. Utq;
id fiat facilius. ꝑsuadere illud sibi quisq; potest: q; haud

Christus orat pro nobis

Judicium Jesu Christi qualis

Oculi a feminis deflectendi

falsum est: obiectã fœminã amari a p'erisq̃ si fuerit ue-
nustior: nec amare paucos. Nõ ergo litem esse suscipiẽ-
dã: cuius sit dubius euẽtus. Sin uero sit turpis: nõ dignã
esse quæ ame͛. AEMY. Quid si iam qualiscũq̃ sit
ama͛? ANTO. Multo minus aspiciẽda. Si eĩ impos-
sibile sit quenq̃ nõ moueri: ubi senserit amicã siue adesse
siue aduentare: quid cum aspexerit? AEMY. Perdif-
ficile quidẽ ẽ Antoni: nõ aspicere quã ames. ANTO.
Tibi istud credo. Sed eos hortor qui libidĩe liberi esse
uolunt: ut quoniã nihil est difficile uolẽti. istiusmõi dif-
ficultatẽ incipiãt studeãtq̃ uincere.

LIII. Cum uero sexus ip̃e muliebris etiã si nondum
ame͛: moueat animum natura: mox eo de loco est disce
dendũ: q̃ eiusmodi mora cuiq̃ noceat. Nihil aũt æque
ualet ad fugandã libidinem q̃ fugere. Nã cum cæteris
in bellis is iure uictor appelle͛: qui acriter in acie perti
naciterq̃ pugnans: nunq̃ neq̃ fugit: neq̃ loco aut hosti
cedit. nemo tamẽ hoc in certamine nisi fugiens: aut uin
cere aut tutus esse potest. Neq̃ uero ip̃a tãtũmodo ami-
ca fugienda est: sed huius etiã ædes: hortuli: uicinia: &
ea demum loca omĩa in quibus uersari solet: & ad quæ
istam suspicare ꝓfecturam. Fugiendum igi͛ nonnunq̃
etiã e templis: ne interea siuae aliquid uidea͛: dicatur:
audiatur: fiat: quod illiciat animum: teneatq̃ diutius.
AEMY. Quid si ante discessum fugã ue accidat isto-

Fugiende sunt amice ut mali cives

rum quicq̃? ANTO. Ne reſpondendum eſt quidem.
Diſſimulanda omnia: ſed recedendum nihilominus.
AEMY. Nimis durus es: ne dicam ferus aut etiam
ferreus. ANTO. Ego uero me hoc modo ſiue ferum
ſiue ferreum eſſe malim q̃ (ut optas) facilem: mollem: fra-
ctũq; potius: q; mihi iam pſuaſerim iſtiuſmodi duriciẽ
feritatem ue & magni eſſe animi & excelſi. AEMY.
Haud erras profecto ſi id potes. ANTO. Scio igitur
expertus omnem hanc potentiam a uoluntate proficiſci
ac nihil horum fieri nõ poſſe ſi uelimus: q̃q̃ fateor eſſe
rem non facilem: naturæ reluctari: conſuetudini uero q̃-
difficilimam: ſi his inferre uim nolimus. Sed nullus tã
indomitus equus eſt natura tamq; ferox: quem ſi calca-
ribus urgere fuſtibuſq; cœperis: non paulo poſt ſubiicias
efficiaſq; tractabilẽ. Cuiuſlibet enim rei potiſſima pars
principium eſt. Incipe igitur obſtare appetitui: iſq; ut ra-
tioni pareat enitere. Non enim difficilis fuerit pſeuerã-
tia: modo fugias quæ dixi. AEMY. At quem uir-
dabis: qui elegantiſſimæ fœminæ nũcios: litteras: munu-
ſcula: ſalutationes: plauſus: cæteraq; eiuſmodi cõtemnat:
negligat: oderit? ANTO. Nempe eum de quo mul-
ta iam diximus Hippolytum: quem litteris proditum
eſt: non modo uirum: ſed uirum etiam graui uultu ac
uerecundo extitiſſe. Quippe qui nec ullo nutricis leno-
cinio: nulla Phedræ procacitate: nullis deinde precibus

Omnia arte
et usu domat

nullo præterea nec munere: nec principatu: neq; deniq; complexu ipso fœmineo potuit induci: ut obstinatam desereret pudiciciam. Quinimo nouercam reiecit amplexantem: obiurgauit: summoq; est odio prosecutus: atq; ita: ut districto iam ense: non quidem occidendi causa: sed inuisam illam ut terreret cogeretq; cedere: primum doceret humanæ naturæ non etiam uicio esse ignoscendum: deinde innocentiam puritatemq; tenendam: quam candidum tanti uiri uestimentum significaret. AEMYLIANVS. Deliras nunc Antoni: qui in re maxime dubia testem duxeris ex fabulis. Ego sane hunc etiam si non fictus esset: non tam cõmendandum putarẽ q̃ a libidine abstinuisset: q̃ omnino multumq; uituperandũ: si ne ab illo quidem scelere abstinendum esse iudicasset: a quo ipa abhorret etiam natura? ANTONIVS. Exhibebo igitur ex Genesi pudicum illum sanctumq; adolescentẽ Ioseph: qui ab ægyptia regina petulantissimis sæpe uerbis prouocatus: tandemq; apprehensus: mox relicto pallio effugit. AEMYLIANVS. Atqui istiusmodi exemplo satis sum confirmatus: q̃q̃ eã rẽ uix puto in multos posse cadere. Sed restat aliud piculum (ut mihi uidetur) longe omnium maximũ. Quod si uitare modo aliquo possemus nihil esse existimarẽ tã difficile natura: quod & hoĩs ingenio & arbitrio subiici nõ posset. Illud aũt est

Innocentia

Contraria ratio graphica

Josephi pudicitia

Obiectio acuta

ut fingamus quēpiá in primis ita loco clausum: ut ne-
queat effugere. deinde renitentē & inuitū a pulcherri-
ma foemina: nō tā procacitate oculorum & uenustate ora-
tionis: q̄ assiduis osculis: amplexu: impudicis deniq; ob-
scoenisq; obtrectationibus diu fatigari. putas ne hunc tā
constantē fore: ut inter ista quae non modo ad allicien-
dū & incitandū: uerū etiā ad impellendū ualent: nul-
lo prorsus moueatur appetitu uoluptatis? Ego si is essem
(Fateor de me quod sentio) uincerer profecto. Quis enī
tantā in angustiā coactus: naturae tandē reluctari pos-
set? nisi qui aut frigidus omnino: aut eunuchus esset: aut
certe non hūanus. Quid tu igitur Antoni? Qui tibi es-
set animus? ANTO. Scio ego quidē quid me facere
deceret. quid autē facturus essem nescio. Existimo uero
tū uictorē euasurum neminē: nisi quē deus ipse adiuuis-
set. Esset igitur auxiliū diuinū nō tā orōne diuturna: q̄
omni prorsus ui animi intētioneq; implorandū. Quod
sanctissimus ille adolescēs Chrysantus Alexandrinus
Pollemii illustrissimi potentissimiq; uiri filius cū facti-
tasset: primū ancillas quinq; formosissimas ornatasq;
ueste q̄ accuratissima: deinde Dariam nobilissimam uir-
ginem Romanam: iam deae uestae consecratam: quas
ad illū oēs pater miserat: ut suis illae eū iocis: lasciuiisq;
blandiendo flecterent ad uoluptatē in primis: deinde
ad simulachrorum cultū nō modo contēpsit: uerū etiā ita

uicis ut omnibus tandem pudore admirationeq; deter ritis: Dariæ persuaderet nihil esse nec fœlicius christia no: nec martyre illustrius. Sed ut nulla remaneat dubi tatio: fiatq; tandē sermonis huius finis: illud quoq; af feram exemplum: quod a Hieronymo exaratum est in eo libro: quem de Pauli heremitæ principio fineq; in scripsit. Refert igitur sub Decio ac Valeriano perse cutoribus nominis christiani: quendam iuuenili ætate florentem in amœnissimos hortulos adductum: ibiq; in ter candentia lilia & rubentes rosas cum leni iuxta murmure serperet riuus: & molli sibilo arborum folia uentus stringeret. super structum plumis lectulum fuis se supinatum: & ne se inde posset excutere: blandis ser torum nexibus irretitum. Quo cum recedentibus cun ctis speciosa meretrix uenisset: cœpit delicatis stringe re colla complexibus: & (id quod dictu quoq; scelus est.) manibus attrectare uirilia: ut corpore in libidinem concitato: se uictrix impudica superiaceret. Quid age ret miles christi? Quo se conferret? Quem tormenta non uicerant: superabat uoluptas. Tandem cælitus inspira tus: præcisam morsibus linguam in osculantis faciem expuit: ac sic libidinis sensum succedens doloris magni tudo calcauit. AEMYLIANVS. Hæc cum audio Antoni: non admiror solum sed etiā stupeo: & (ut reor) multi christiani dicimur: nec sumus. Quis enī hac tem

pestare reperiri possit: qui non dicam emori: non exula-
re: non uel minimam mēbri partem sanguinis ue amit-
tere: sed spoliari malit q̄ peccare? ANTO. Si qui
sunt usquā huiuscemodi hoīes: hos certe & paucos es-
se puto & celo dignos: q̄q̄ nihil prohibet: quin nos
quoq; tales possimus esse: modo adsit uoluntas: cum præ
sertim ne illi quidem quicq̄ aliud sint q̄ homines: & ui
deamus perditos q̄ plurimos tam elato esse animo: ut ac
cipere plagas malint q̄ turpiter uitare. Quid igitur nos
facere debemus: quibus fortiter decertantibus proposi-
tum est præmium sempiternum: si gladiatores illi ut si-
bi populo ue fortassis satisfaciant. periculum corporis:
animeq; suscipere non timent? AEMY. Vera ista
quidem: & a martyribus nostris (ut legimus) factitata:
qui quidem animo excelso: non fortunas solum: sed sum
mos etiam cruciatus corporis mortemq; spreuerunt. Sed
nescio quonam modo ita hoc tempore molles sumus: de
licatiq;: ut ne minimum dolorem quidem nos pati pos-
se arbitremur. ANTO. Et arbitraremur (ut existi-
mo) & possemus: si deo fidentes ab hoc ipo fidelissimo
potentissimoq; principe: patientiæ: arma constantiæ (ut
martyres fecere) posceremus. Qui enim hortat' hoīes
ut petant. is pfecto postulantem spernet neminem: q̄q̄
non est hac ætate pertimescendum: ut de quo proxime
diximus: discrimē incidamus. Quænā est tā libidinosa

mulier tãq; sui prodiga: ut ultro uirũ quemq̃ contrecta-
re ne dicã amplexari audeat: nisi eũ fortasse qui cũ fa-
miliaritatẽ consuetudinẽq; habuerit? AEMY. Parũ
ne id uidetur? Quã igitur tandẽ huic morbo medicinã
afferes? ANTO. Ita pinde rogas: quasi uero iam aío
exciderit: quid in nouercã fecerit Hippolytus: quid uo
Ioseph in egyptiã: aut quasi te amica domi uinctũ sit oc
cupatura. AEMY. Non id metuo profecto: quippe
qui nulla prorsus potiar. Sed (ut mihi uidetur) difficilius
carent hoíes experta consuetaq; libidine. Itaq; facile cũ
ea species fuerit obiecta: mouẽtur illi: deiiciunturq; re-
cordatione præteritarũ uoluptatũ: si præsertim eiusmodi
amicæ aut domesticæ sunt: aut domesticorum familia-
res. Tectius enim tum insidiantur: seq; offerunt impu-
dentius ꝙ pudore semel abiecto (ut dicitur) si quid etiã
egerint intẽperanter aut proterue: paulũ admodum cu-
randũ putant: modo appetitis non careãt uoluptatibus.
libido feminarum
Tanta uero fertur earũ esse tãq; impatiẽs libido: ut ar-
dentius uiros appetant q̃ appetantur. Quin etiã defati
gari hæ quidem possunt: expleri nunq̃. Nam teste Sa-
lomone. Neq; inferno quicq̃: neq; igni: neq; uuluæ sa-
tis est. ANTO. Moueri sæpe uiros earum præsentia
quibus olim potiti sunt nõ negauerim: ꝙ ad id ipa eos
natura fere cogit. Frãgi uero ac deiici nisi uelint: nego.
Nã & si his fortasse spes ẽ certior consequẽdæ uolupta

tis:q̃ sibi p̃suadeat:modo locus & tẽpus adsit:eas nõ re
pugnaturas:quas uel semel corrupere: has tamen tanto
neq; furore neq; feruore prosequuntur:quanto quæ ad
huc a se illibatæ intactæq; sunt:q̃ & assiduis rara:& a
liena suis: & habitis spirata: & ueteribus sæpenumero
noua præferuntur:solentq; esse chariora. Quãobrẽ ple-
rosq; quotidie cernimus maritos uilissima ac turpissi-
ma scorta ingenuis formosissimisq; uxoribus ante tulis
se:quasi uero sapor ille: odorq; uenereus non omnibus
in fœminis idem sit:neq; eodem omnes ritu subagiten-
tur. Nequeo igitur uidere quid in non suis hi quærant
amplius:nisi forte pudorem quendam ac uerecundiam
quæ in ipo quoq; pudẽdo fœdissimoq; negocio: si qua
fuerit: displicere nullo modo potest: cum præsertim &
uetita & honesta soleant appeti ardentius. Atqui hæc
plerumq; in uxore reperire quisquã potest:in scorto cer-
te nemo.

LIIII. Petulãtius eĩ scorta efferuntur:sibiq; uident̃
minime suis fungi moribus:nisi insaniãt. Nihil igit̃ ne
gãt etiã turpe & obscœnũ: quæ uiros præterea tũ uerbo
rum proteruia:tum gestuũ lacescũt. Quibus lasciuiis &
si de quib9 ꝓxime ẽ dictũ:mariti forتasse delectãtur eas
tamẽ suis inesse uxorib9 nõ optãt q̃ eiusmõi ꝓcacitates
atq; ĩeptias :ne ĩ scortis quidẽ ipis ꝓbare recte possunt.

LV. AEMY. At quærit plerũq; maritus aut qui-

uis alius in alterā quod uoluptuosius opinat᷑ fore q̃ in
prima: ut singularem fœminæ elegantiam atq; formam:
ut uirginei corporis integritates: & si qua sunt alia.
ANTO. Quid memoras formam? quid elegantiam
corporis: si oculorum tantūmodo ea est uoluptas? nec tu
orum solum: sed etiam omnium qui æque atq; tu affecti
sunt. Conice igitur oculos in illam quantum uales: cō
templare diutius: pascare dum fastidias. Quod si quid
optas amplius: necesse est fateare: non tam formam a te
corporis desiderari q̃ corpus ipsum. Quare ad concubi
tum nihil attinet: formosa ne sit mulier: an mediocris
uenustatis: an etiam deformis: cum præsertim de indu
stria latebras quærant: qui eiusmodi in negocio uersan
tur: possitq; accidere: ut turpis q̃ pulcherrima & suaui
or tactu sit & mollior. q̃q̃ non intelligo quid in amica
quisquā quæritet: quam opinari debet æque plerisq; ex
positam esse fuisseq;: aut si etiam primus uiciauit expo
nendā seq; ideo eā ipsam cū multis habere communē.
Quis ei dubitauerit quæ frontē semel p̄fricuit: præterq;
maritum quempiam admisit. eandem p̄ q̃facile multos
suscepturam? Sed fac eam uno excepto qui cum peccat
charum habere neminem. an propterea non erit scortū
Quod si erit quid inter hāc atq; illā quæ in lustris est:
putas interesse præter habitaculum? Quid uero de ado
lescētularū integritate loquar: quas detracta uirginitate

nihil a ueteranis differre aiunt qui uiciarunt? Quid ꝗ
Ouidius affirmat tum aptiores esse fœminas: cũ ad septi
mum lustrum .i. ad quinq; & triginta annos ꝑuenere?
Sed fingamus summa pulchritudine mulierem: summo
loco natã: & omnibꝫ appetibilem soli tibi sui facere po
testatem: quãti (quæso te) tum ista æstimabis omnia: cum
expleta libidine: ne ipsam quidẽ fœminã curabis? Atq;
ut singulos ꝑcurramus huius uoluptatis gradus: in qui
bus putatᷣ esse aliquid suaue. Qui cum amica fuerit lo
cutus: qui hãc tetigerit: qui osculatus: qui amplexus: qui
deniq; potitus ea sit. is ne quicq̃ aliud in illa ip̃a aut op
tare potest: aut cõsequi?
LVI. AEMY. Nihil prorsus: quod uideam.
ANTO. Non mediocris igitᷣ hæc quoq; fuerit ratio
abstinendi: si luxuria commoti mox cogitabimus: nihil
nos præterea effecturos adepturos ue: q̃ idipsum nihil:
quod olim effecimus & cõsecuti sumus. Ergo & si fu
ga discessu ue aut exercicio nõ tã animi q̃ corporis: sed
præsertim laborioso & graui comprimitᷣ libido: tum ra
tione multo magis: cum est intellectũ non modo nõ bo
num esse uoluptatem: quippe quæ corpori (ut sæpe dixi
mus) animæq; noceat: sed ꝑbreuem etiam & nihil esse.
Quid enim est in lucro: cũ præceps ille impetus libidi
nis repẽte probroseq; trãsierit: nisi langor quidã lassitu
doq; membroꝝ: pollutio: fetor: stupor: hebetudo? Quem

deinde non confestim & piget & pœnitet: cum secū ipse cogitās quærit quid egerit: curq; tā anxie: tā diu: tātoq; cum piculo id appetierit cōsecutusq; sit: quod tam celeriter desierit: euanueritq; tam misere? AEMY. Primū quis nō rideat Antoni: cū inquis posse rōne cōprimi libidinē: quæ rōni oīo nō obtempat? Deinde parū ne uidet tibi in lucro esse: si quis gestiat læteturq; eo bono adepto: quod diu multumq; appetiuerit: tam& si mixtæ sint illæ quas commemorasti: quæq; sequuntur defectiones? quas ideo nihilipendendas putat: q ut ad eas aliquando perueniret: multo intolerabiliora ppessus sit. Potitus enim est ea re: qua nisi esset: nec lætaretur: nec se rursus consideret potiturum. ANTO. Non eū quidem negauerim egere ratione: qui aut ipo in actu sit libidinis: aut proxime quauis de causa concitatus inflammatusq; sit: atq; icc irco ea uti nullo pacto posse. Sed de eo loquor: qui aut nondum: aut uix quidem amat: aut qui demum multos frustra labores pertulit & graues & diuturnos: q̄q̄ ne eos quidem excipiendos puto: qui iam iam expleta libidine debilitati: ueluti sordidæ quædam sues emergentes e cœno: seseq; in latus alterum uertentes: concidunt fereq; sopiuntur. Putas ne hos cū id euenit: nihil de turpitudine obscœnitateq; concubitus: nihil deniq; de breuissimæ uoluptatis interitu ac detrimento cogitare? Cogitant profecto: sciuntq; & se fecis-

se nihil & peccasse: q̄q̄ nisi se subtraxerint. (Nequit enim ignis proximam arentemq; stipulam non inuadere: cum præsertim diabolicus uentus ille spirare nunquam desinat excitareq; incendia.) nisi inquam se subtraxerint declinauerintq; a feminis: rursus accenduntur: rursusq; id agunt: quod eis iterum doleat & molestum sit: nihilq; fuisse uideatur. Non igitur paruipendunt in hos incidere defectus atq; miserias: in quas nimirum nisi dolentes nequeunt incidere: Sed harum limite metam exitumq; libidinis (ut opinor) tua significare uoluit oratio. AEMYLIANVS. Istuc ipsum. ANTONIVS. Concedo uero posse quemqiam lætari perceptione uoluptatis: sed non nisi q̄ diu ita fuerit affectus: ut non tam opinetur q̄ uelit esse bonum uoluptatem. Nemo enim nescit esse malum quod fieri aut publico in loco: aut non remoto teste pudor uetat.

LVII. AEMY. Erit igitur etiam coniugiū isto pacto malum. cum coniunx ne blandiri quidē cōiugi fas esse ducat: nisi e cubiculo emissis qui fuerint omnibus. ANTO. Non condemno coniugium: quod cū a deo institutum sit: nullo mō esse malū potest: tā & si non boni sunt qui eo abutuntur: ut qui non procreandorum liberorū: non debiti reddēdi: sed libidinis explēdæ causa ferunt̄ ad coitū. Hos eī Hieronymus adulteros appellat

ꝙ ardentiores ſint uxorum amatores.

LVIII. Quod ſi ii quoqꝫ qui recte cõiugio utunẽ: naturali quodã pudore ducti: ſemotum ab arbitris cubi le inueſtigãt: facile intelligiẽ libidinẽ nec bonum eſſe poſſe nec uideri: q̃q̃ ꝙ habet ſpeciẽ boni: atqꝫ ideo de/lectat: blãdum malum appellaẽ. Sed ne ii quidem errãt: qui iccirco libidinẽ ita noĩari uolũt: ꝙ corpori blãdia tur: animæ aũt detrimento ſit: magiſqꝫ ſeuiat. cum uideẽ eſſe blandior. Nemo enim proditorem patiẽ peſtilentio rem q̃ uoluptatẽ: qua nihil eſt corpori nec familiarius nec coniũctius. Neqꝫ enim fur domeſticus facile uitaẽ. Igiẽ ſi malum eſt uoluptas: nõ uideo cur quí amica po/tius ſit: nõ potius debeat mœrere q̃ lætari: cum ꝑcepta iã uoluptas (ut ante diximus) nõ trãſierit ſolum: nihilqꝫ ſit oĩo: ſed eum etiã langore (ut de ſcelere taceam) inepti tudineqꝫ affecerit. AEMY. At iſta quoqꝫ nõ multo poſt deficiũt. Sed lætitia nihilominus ꝑceptæ remane/bít uoluptatis: atqꝫ ita: ut gaudeas exulteſqꝫ quotiẽs eiuſ modi tibi in mentem uenerit uoluptas. ANTO. At qui (ut taceã ꝙ ſæpenumero relinquit cauſas potius pœ nitẽdi q̃ reminiſcendi.) lætarí gaudere ue illecebris iis quibus non fruare: quæqꝫ nullo modo exiẽt: q̃ ſit temera rium turpe uideris: tam& ſi quale gaudium eſt: quod ne amicis quidẽ patefacere ſine rubore: ſine dedecore: ſine peccato queas? AEMY. Tacebo igiẽ: gaudeboqꝫ nõ

ꝙ trāſierit: ſed ꝙ affuerit uoluptas. ANTO. At gau-
dium ē leue: uel nō est potius ea de re gaudere: quā cū
bonis uiris partiri nō licet. O ꝗ obſcenū igiť gaudiū il-
lud eſt miſeraqꝫ iactatio: qua uterqꝫ coeuntiū nihil ſecū
cogitare poteſt: nihil aliis enunciare: niſi ꝙ ſe ſubiecerit
proſtituerítqꝫ alteri: ac ſe ipē alterūqꝫ corruperit.
LIX. Quid ꝙ nihil eſt deo odibilius: nihil execra-
bilius ꝗ gaudere ſcelere? Sed ſi te gaudiū eiuſmodi de-
lectat. certe dicerē niſi deo nō placeret: docerēqꝫ quo pa-
cto ſine labore: ſine moleſtia: ſine piculo: quibus difficul-
tatibus mulieroſi ſeſe crebrius exponūt: gaudere plane
poſſes. AEMY. Obſecro ut dicas: ut explices: ut do-
ceas: quandoquidē plus boni iſtud allaturū eſt ꝗ mali.
ANTO. Doceā aut explicem? Nō: ſi etiā quid uis bo-
ni eueniret. Nō enim mala faciēda ſunt ut bona ſequā-
tur: ꝗꝗ ne hoc quidem bonum eſſe poteſt. AEMY.
Iſtud eſt ne aliquid inſolitū inauditum ue: aut eiuſmo-
di: ut qui id didicerit: cōtinuo huic ipi dare operam co-
gatť? ANTO. Iſtiuſmodi nihil eſt: ſed tamē omnino
malum. AEMY. At omibus cōducit noſſe mala: ſed
hæc uitādi nō etiā ꝑpetrādi cauſa: ꝗꝗ ſi ſuadeas nō pec-
cabo: ne uel tibi uidear paruiſſe. ANTO. Suadeo
igiť: hortor etiā uti tibi ipē pſuadeas: te aut nudius ter-
cius aut heri: aut (ſi magis placet) ꝓxima nocte: aut de-
niqꝫ iāiam cū Helia tua cubuiſſe. cū præſenti gaudeās

AEMY. Ne id quidem nego. Sed quædã dari utriq;
solẽt amoris uel conciliãdi uel retinẽdi gratia. Eos enĩ
facile memoria tenemus: quorum res plerũq; nostris in
oculis uersanť. ANTO. Fateris igiť imprudẽs amã
tum animos nõ nisi conciliante liberalitate diu stabiles
esse posse. Quæ si desierit: necesse est (ut diximus) amor
desinat. Neq; tamẽ si illa extabit: ideo extabit amor: quo
niam cum sint diuersa: potest alterum ꝑfecto esse sine
altero. Poterit itaq; abire amor manente liberalitate: si
quid se obtulerit elegãtius: si quid ue nouũ: quod ama-
bile uideať. Quamq̃ (ut concludamus) quis debitus libi
dini potest esse constantior? cum nũq̃ ea finem reputa
sit: quippe quæ non recentes modo & nouas: sed etiam
ignotas ac uarias semꝑ appetit quæritq; uoluptates: si
præsertim habitis satiata sit? Quãobrem inter remedia
quidã posuere & nouos amores & satietatẽ uoluptatis.

LXII. Siquidem putauerunt eum qui amicã dese-
rere aliter nequiret: nouo amore ueterẽ quasi clauo cla
uum eiicere oportere: & tã diu defluere luxuria dum
fastidiret: Quorum utrumq; & falsum est & turpe. Cũ
enim amor iudicio & uolũtate suscipiať nõ dubium ẽ
hoc eodem modo deponi posse. Poterit igiť extenuari
successione commutari ue potius: intermitti autem satie
tate: extingui uero nullo modo: nisi accedat (ut diximus)
uoluntas & adiutrix uolũtatis diuina quædam uis &

ratio: quã uirtutem appellamus. Nõ enim uicio sed uir-
tute uicium curatᷣ. Volunt autẽ illi quidem nõ pellere:
nõ deserere: sed mutare uoluptatẽ: ideoq; scelere nõ tam
uitare scelus q̃ augere. Sed ne tum quidem sunt audien
di cum præcipiũt ut ab iis quas relinquere optamus: fie
ri petamus aliquid egregium & spectabile: quod aut
nesciãt efficere aut non queãt: quasi uero nõ corpus ip-
sum appetatᷣ potius q̃ mores: aut q̃si nõ illas sine his cœ
perimus adamare: diuq; amauerimus.

LXIII. Illud quoq; negotiũ esse: quod a plerisq;
receptum est. ad amicas repẽte salutãdas accedere opor
tere: mane præsertim ꝙ tum soleãt & uideri & esse non
tã inuenustæ q̃ turpes. Quippe quæ nondũ lotæ tersæq;
nondum oblitæ unguẽtis: nõdum cerusã purpurisso ue
ac fucis aliis affectæ. Nõ tum pectine compta & distin-
cta gẽmis coma: nec calamistro crispari & inuolui au-
ro crines neq; ueri nonnunq̃ neq; sui. Non tum a collo
margaritæ pendẽt: nõ compositi armillis humeri. Non
tum fasciis artatum pectus tumẽtes exprimit mamillas:
quas plerumq; subtilissimis sudariolis quasi aranearum
telis tegunt: ut quod appeti cupiũt: id occultare uelle ui
deantᷣ. Ceterum ut dixi nõ est ista tuta medicina ꝙ &
pleræq; q̃ pulcherrimæ natura nullo indigẽt ornatu: &
(id quod mirabile quoq; : sed uerũ est.) nulla neq; re ne-
q; arte apparẽt uenustiores: ut taceã ꝙ q̃lecũq; sit amatũ

nequit amator id odisse. Pertinent igitur eiusmodi præcepta non ad curationem quidem: sed ad quandam fortassis remissionem perturbatorum animorum: nonnunq̃ etiam ad inflãmationem idq; magis. Quis enim nescit præsentia & colloquio amicarum concitari hoĩes flagrareq; uehementius? AEMY. At illa forsitan de iis dicuntur: qui siue iam deserti decepti ue a fœminis: siue tandem pulsi: has ipas cupiunt odisse uel inuiti. Quib; item Naso præcipit: ut earũ mendas notent: uoluãt animo: sæpe ante oculos constituãt: sæpe damnẽt. ANTO. Vult nimirum eos Naso consolari: non etiam sanare. Et recte quidem. Optant enĩ iccirco auferri morbum: hoc est: ardorem uoluptatis: q; hac frui nequeant: non q; nolĩt. Quare ne illi quidem non sunt miseri: qui cum se negligi opinent: ardent tamen: ideoq; fingunt nolle se neq; cernere amicas: neq; ab his cerni. Quod si facere perseuerauerint: uoluntasq; accesserit. non nego eos sanari plane posse. Ab his quoq; nõ longe absunt: qui cum spernẽdas esse amicas iudicarint: iã q; animo (ut sibi uidetur) eiecerint. aspiciũt tamen nonnunq̃ tentandi gratia. Volunt scilicet facere periculum respiciant ne adhuc: non negligentur: ament. Quod quidem q̃ stulte fiat ipi uiderint: q̃ q̃ quid non stulte faciunt amãtes? quibus nihil est tam stabile q̃ ipa instabilitas & uicissitudo rerum. Si amicas neglexissent: si as-

pernati essent: si denicꝫ omnino planecꝫ deseruissent. non quid facerent illæ: aut ubi essent cuperent ignoscē-re: Quin potius dolerent: si forte accideret se in eam incidisse necessitatem: ut illas quouis modo cernere audire ue cogerentur. Non autem multum differt in uicio capi ne quis uelit: an periclitetur. Si quando igit̃ cō-templandæ fœminæ titillet animum cogitatio: quæ quidem facile & a diabolo propter molliciem inclinationē cꝫ sensuum immittitur: & recipitur ab incautis propter iam aut speratas aut expertas uoluptates: cōtinuo illud quocꝫ de amica secum disputandum si respexerit: capiar. sin nō respexerit: dolebo pigebitcꝫ aspexisse. Nō igit̃ aspiciā. Hoc autē ita semel definiendū est ac cōstituē-dum: ut uel habitu semꝑ maneat sentētia.

LXIIII. Et item illud quod quidam non prætermittēdum putauerunt: qui ut fœminis inuidiam facerēt sibi in primis proponendas censuere fœditates mulie-bres: menstrua: pedores: situs: partus effusiones: & post unum duos ue ad summum editos liberos: mammarum fractionem distentionemcꝫ: rugatum uentrem: laxam cutem: & in dies deficiētē magis uenustatē. Deinde uilitatē: hūilitatē: summissionē: mollitudinē: leuitatē. Præterea astutias: dolos: fallacias: ac fletū ipm insidiaꝝ crudelitatiscꝫ plenissimū. Denicꝫ arrogātiā: illusiōes: ac cætera iniuriaꝝ genera. Atcꝫ ideo idignas & æstiari & ēē

quæ uel præficerentur a uiris uel amarentur. Sunt ista quidem ueluti diu cõcepta: meditataq; animo retinẽda: nõ ut hæc primum occurrãt: primumq; his utamur in depellẽdis libidinibus: sed ita demum succurrant: si neq; auertẽdo & oculos & aures: neq; fugiẽdo: tum ocium: tum fœminas: neq; deum ípm deniq; orando: nos uictores fore cõfidemus. Omnis siquidem sermo: sensus: ingenium: cogitatio (si fieri potest) nõ ab amica solum: sed ab eo etiam sexu omnino auocãda est: ne unius rei occasione forrasse fiat ad similem regressio.

LXV. Nõ minus autem q̃ fœminaꝝ fugiẽda sunt mulierosoꝝ omnium cõsortia. Qui cum lasciue uiuant ne aliter quidã loqui possunt. Nihil autem tam efficax est ad corrumpendã negligẽdamq; pudiciciã: q̃ proteruorum colloquiã atq; mores. Quod si (ut eruditissimus ille sanctissimusq; pótifex Prosper inquit) iccirco forrassis a religíosissimis patribus olim decretũ est: ne qui adolescẽtium legerẽt Genesis librũ: neq; quãdam Ezechielis ꝓphetæ partẽ: nec Cãtica canticorum: nec præterea multa id genus. In quib9 generationes & quarundam mulieꝝ actus ac nomina sunt scripta. Quas & si secũdum historiã credimus fuisse: eaꝝ tamẽ nominib9 uirtutes figuratas accipimus: quoniã ut illæ nõ solum maritis ob moꝝ grauitatem: sed uiris etiam externis absq; dispẽdio pudoris sui ob eximiã pulchritudinẽ placue-

re. ita uirtutes quoq; & suos reddũt omnibus mirabiles
& externos quadam sui admiratione ꝑstringũt. Si fuit
inquã prohibitum: ne quædam sacrarꝫ etiam litterarum
uolumina legerent̃. quid sentiendum est de Catulli:
Propercii: Tibulli: Galli: Nasonis: multorumq; præte-
rea mollium poetarum libris: quibus non modo faciles
ad amorem adolescẽtes: sed modesti quoq; uiri atq; con
stantes & excitari ad libidinẽ & incitari ualẽt? Sum-
mo igitur studio uitanda sunt lenocinia omĩa: In quæ
si forsitã inciderimus: nõ committẽdum est: quĩ ea mox
aut abiiciamus aut deseramus. Sic enim imitabimur uel
Hippolytum uel Ioseph: de quibus dicere iam dudum
ubi de amatoribus sermo haberi cœpit: intermisimus.
AEMY. Hos ne imitabor scilicet qui tam bene meri
ti sunt de cælibatu: ut ob istum ipm̃ colendum ac tuen-
dum: alter ab iis quos sæpe domuisset: diuq; rexisset
equis tãdem discerptus necaret̃. alter daret̃ in carcerẽ:
& teterrimum & diuturnum.

LXVI. ANTO. O nos felices si eiusmõi de cau
sa pateremur. AEMY. At mihi multo aliter uidet̃.
ANTO. Nempe ꝙ supplicium tantũmodo ponderã
dum: nõ etiã causam putas. AEMY. An nõ est pa-
ti miserum? ANTO. Miserum ꝓfecto: si merito pati-
are. Cõtraq; laudabile: gloriosum: si propter tuẽdã cõ
seruãdãq; uirtutẽ. Quod si nõ sunt hi beati sed miseri:

nihil a latronibus certe differũt. AEMY. Sit ita sa
ne: quandoquidem ipſa me ratio cedere compellit. Sed
nescio utrum magis accusem inconſtãtiæ: Hippolitum
ne quem iccirco interiſſe aiũt: ꝗ equos regere desierit: an
te potius quí huic simillimũ eſſe uolueris Anterotẽ.
LXVII. Docemur hoc quidem loco Aemyliane:
neqꝫ tutum eſſe: iam transactæ castitati fidere: neqꝫ nõ
poſſe illius diuturnum obſtĩatumqꝫ propositum: euentu
casu ue aliquo: maxime autem externa ui mutari atqꝫ
extingui. Itaqꝫ Hippolytus quod liber noluit efficere:
ne fortaſſis occideret᷑. id coactus post effecit: & necatus
est nihilominus. Nã & si is e fluctibus emergenti mon
stro sese ostendit impauidũ: & animo elato atqꝫ magno
equos monstroso iam impetu concitatos pauoreqꝫ aber
rantes nunc sistere habenarum retractu conabat᷑: nunc
uerbere aſſiduo coercere: ubi tamen aliena ui eademqꝫ
maxima exanimati equi neglecto dirigẽtis gubernan/
tisqꝫ imperio eo pergere cœperunt: quo furor metu inie/
ctus impellebat trahebatqꝫ. protinus auriga e curru eie/
ctus est in eum laquæum: quem cum soluere nequicq̃
niteretur. (hoc enim ligabatur magis.) membratim deni
qꝫ diuisus occubuit. AEMY. At scimus ista. AN
TO. Sed nõ etiã fortaſſe quid sibi uelint. AEMY.
Confirmo id quidẽ & scire opto. ANTO. Dicã igit᷑
Hippolytus (ut mihi uidet᷑) & si figurã Anterotis tan

tisper recte gessit: dum hũc emulabat᷑. tamen rectius re-
nuit eorꝝ: qui cũ nunq̃ neq; blãdiciis: neq; terrore me-
tu ue a proposito castitatis amoueri potuissent. tandem
uim passi: quãuis suadẽtem illicientemq; coitum respu
ere conarent᷑. præualẽte tamen ea quæ & assidua esset:
& ipo reluctationis motu augeret᷑: oblectatione genita
liũ: uicti cesserũt: seq; uoluptati dedidere: cuius mox ab
equis distracti interire: hoc est: peccauere: atq; ideo effe
cti digni morte sempiterna.

LXVIII. AEMY. Dãnari eum quí uim passus
coactusq; coierit: iniquum est profecto. Nõ ení sine cul-
pa quis recte patit᷑. ANTO. Recte tu quidẽ: si oío
nullus sceleri accessit í coitu cõsensus. AEMY. Sed
qui fieri potest: ut naturalẽ illã Veneris uoluptatẽ quis
etiã nolens íter coeundũ nõ sentiat? ANTO. Sentit
quidẽ: nec ideo peccat: si ea nõ placet: nõ grata ẽ: sed ex
osa uolũtati & molestia. Is ení ne uirginitatẽ quidẽ ꝑ-
dit: quã ne amittat: nõ tã corporís q̃ animi uiribꝰ (quod
quidẽ fortitudinis est ꝓpriũ) nunq̃ desinit certare: nunq̃
cedit: etiã si uiolet᷑. Quo igit᷑ diademate hic Anterotis
miles donandus sit: qui in hoc tã periculoso tãq; intesti
no prælio uersatus: non euaserit solum: sed uictor etiam
euaserit: uideris. AEMYLIANVS. Glorioso utiq;
& immortali: quippe qui superauerit humanam forti-
tudinem atq; constantiam. Quare mihí ꝑsuadeo id nisi

diuina ui fieri nõ posse. ANTO. Nõ equidẽ men
tiris. Fuerit ergo semp̃ deus modo nõ negligat̃: summũ
quibus uis in malis remedium: adiumentum: salus: & (id
quod est omnium maximũ) ipse corona: ipse præmium: ip
se deniq; gloria: & uera & sempiterna. Hæc habui de
utroq; Cupidine quæ dicerem. Tu uero si non aliter sen
tis Aemyliane: nostram hanc sententiam confirmato.
AEMY. Ego uero aliter? qui simul ac p̃ ætatem po-
tui discernere quid inter bonum malumq; interesset.
istuc ip̃m semp̃ sensi: probaui: tenui: dumq; uixero: tene
bo. Nõ igitur cupidinis heri simulachrum intuebar: q̃
eo delectarer: sed q̃ ea considerarẽ omnia: quæ sunt a
te nõ inepte disputata. Quare ut eiusmodi nobis imagi
nem sæpenumero impuneq; aspectandam esse: ita iis
qui figmẽti rationem atq; causam neq; sciũt neq; suspi-
cant̃: prorsus abiiciẽdam censeo: q̃ hi rudiores aut an-
te capti magis inflammant̃: aut decepti p̃suasiq; capiun
tur. Visus sum autẽ tibi sæpe contradicere. Quod qui-
dem duabus maxime de causis facere uolui: ut terciam
omittã: q̃q̃ ne hãc quidem opinor tibi nõ placere. Vna
igitur fuit: ut meis argumẽtis siue a te siue ab Hædo ra
tione debilitatis: dubia tollerẽtur omnia: fieretq; ueritas
dilucidior. Nõ est ergo cur desideres cõfirmationẽ meã.
cũ ista sententia satis ipa p̃ se firma sit: suisq; rationib9
quasi profundis quibusdã robustisq; radicib9 ita innitat̃.

ut nullis euelli turbinibus possit. Porro altera causa ex
titit ut tentarem esses ne constantior: & an irritatus lo-
co cederes. Tercia: ut explorarem: utrum ne quanti te fa
ciunt: tāti esses. Sed cum te uiderim eodem semp̄ uultu
atq; uoce non constāter modo: uerumetiam erudite re-
spondisse: non dubitauerim profecto te & uirum appel
lare: & eum quidem uirum qui poetica inuēta obscuri
tatesq; fabularum facile aperias interp̄terisq; uerissime.
ANTO. Vtinam Aemyliane talis essem: qualem di
cis: & (ut opinor) existimas. Sed mihi nihil arrogo: neq;
fido. AEMY. Facis sane q̄ omēs eruditi solēt. Sem
per enim uerentur: ne aut omiserint aliquid negligēter
aut non apte dixerint. Sed Hædum cōsulamus. Quid
tu tādem Hæde tota hac de disputatiōe sentis? HAE
DVS. Mihi quidem uidentur nō improbanda: quæ
pro frugi Cupidine in libidinosum illum collegit An
tonius: cum præsertim in explicādis poetarum figmen-
tis multa sæpe sacris ex litteris mutuatus sit: q̄q̄ de amo
ris generibus (modo uelitis) nobis altius exquisitiusq;
disputandum est. ANTO. Immo id & uolo & cu-
pio. AEMY. Ego uero tibi nō assentior solum: sed
etiam supplico. HAEDVS. Faciam id quidem: non
tam mea fretus industria atq; sensu: q̄ eorū qui probā
tur theologorum. Sed quoniam satis multa hodie a no-
bis ultro citroq; dicta sunt: & ad prandium iam uocati

sumus: idq temporis est: ualitudini aliquid tribuamus. Post meridiem uero cum quieuerimus ad ædem (si uobis placet.) euangelistæ Marci diuertemus. Quod sane templum & suapte natura opacum est ac frigidum: & sermoni quem habituri sumus: haud parum accommodatum. AEMY. Placet nimirum. HAEDVS Tu uero quid tecum murmuras antoni? Tibi ne aliud uidetur? ANTONIVS. Venerat mihi iam in mentem suburbanum meum: in quo locus est secundum purissimum & scatentem assidue fontem: tum amœnissimus: tum densissimis patulisq arborum comis opacatus. Sed ut tibi cedā: extrema ratio tua illa me & hortatur & cogit. Nec minus quæ nunc occurrit alia quædam. Nam cum hoc ipm prædium non satis proximū sit. uideo nos plus lassitudinis fortasse cum ex itinere: tum ex ardore solis: q̄ inde refrigerii contracturos. Sed iā surgamus: & naturæ fragilitati necessitatiq consulamus.

PETRI HAEDI SACERDOTIS PORTVSNAENSIS AD ALEXANDRVM EX FRATRE NEPOTEM IN TERCIVM DE AMORE LIBRVM PROOEMIVM. LXIX.

T si multo ante natū dominum Ie
sum Christū plurimi fuerunt excel
lenti & ingenio & doctrina uiri: ut
Socrates: ut Pythagoras: ut Plato: ut
huius discipulus facile omniū (meo
iudicio) philosophorꝝ prīceps Ari-
stoteles: ne de poetis deqꝫ cæteris doctrīæ liberalis ꝓfes-
soribꝰ nō paucis facio mētionē: quorꝝ omnis ars & ele
gātia ex philosophorꝝ scriptis & īstitutis profecta &
sumpta ē. aurea tamē illa ætas in q̄ ueritatis lumē illud
singulare ac diuinū erat oriturꝝ: quo recta uiuēdi uia
patefieret. multo plures habuit in oī genere disciplīarꝝ
qui florerēt: & ea quæ a græcis accepissent. nō mō litte-
ris latinis illustrarēt (ut inquit Cicero) uerꝝ etiā efficerēt
meliora: ac nōnulla quoqꝫ ꝑ se ipsi subtilius inuenirent
tractarentqꝫ commodius. Sed tamen eorum sapiens fuit
nemo: quandoquidē in ueritatis cognitione defecerunt
quæ nisi a deo nequit proficisci. Non igitur mirandū
si a deo alieni homines: q̄q̄ ab eo ip̄o admirabilis incre
dibilisqꝫ ingenii beneficio ac munere donati: in rerum
inuestigatione maxime elaborabāt: tamē quid uerꝝ esset
ne in rebus quidem humanis omnino cognouere. Ita-
qꝫ hanc ad uitam referentes omnia: in qua maxime
cupiditas non solum pecuniarum: sed laudis etiam &
gloriæ uersatur: in his assequendis plærīqꝫ omnem

operum industriamq; ponebant:nec tam ut essent q̄ ut & haberentur sapientes & appellarentur. Ac non penitus eos sua illa ratio fefellit. Magnos enim illos adhuc & præclaros uiros dicimus fuisse: plurimumq; humanis rebus fatemur contulisse. Quod si forrasse uoluerunt ne id quidem a summa illa diuinaq; iusticia sine quapiam gratiæ relatione prætermissum esse reor: si tamen ulla boni merces iis deberi potest: qui de deo nūq̄ bene meriti fuere. Nam & si ex his quidam leguntur fictorum falsorumq; deorum religionem nō animo solum factoq; neglexisse: uerumetiam rationib; sustulisse.tamen de uno ueroq; deo quid esset sentiendum:aut non omnino aut non recte iudicauerunt. Quare illos esse saluos dicere non ausim:sicut ne immunes quidem ab iis cruciatibus:quæ ueritatis ignaris inferuntur. Optare uero illi sibi salutem: sed frustra possunt. Quos si excitari ab inferis liceret:ab eisq; quæreremus:utrum ne se morum:legum:institutionumq; suarum monumenta mandata litteris delectēt: quæ nos sæpenumero & suspicimus & miramur. mox uel ille latinæ linguæ princeps Cicero suspirans (ut opinor) responderet: neq; se apud inferos ullam huiusce gloriæ noticiam unq̄ habuisse:quam hic semel reliquisset: neq; si habuisset :ea se oblectari potuisse:cuius quoq; causa sese & damnatum intelligeret:& sine fine cruciandum. Nos enim si

caput dolet: si dens: si stomachus: si alia demum quali-
bet excruciamur corporis molestia. id tantummodo co-
gitamus quod angit: id curamus: id querulo quoq; mur
mure leuare consolari ue conamur: cætera quãtumq; iucunda
quãtumq; læta negligimus omnia. Sed multo infœlicior: mul-
toq; miserior conditio est statusq; damnatorum: quibus
nulla iam restat: neq; spes euadẽdi: neq; suppliciorum
finis. Quis igitur si non insanit: non malit se hic ani-
mæ cum salute: aut prorsus esse ignotum: aut neglectum
ab omnibus: aut etiam abiectum: q̃ cum interitu sempi-
terno: sempiternam quoq; huius mundi gloriam adi-
pisci: quæ profecto ad illam quæ futura est uitam: nec
aspirare potest: nec pertinere. Quare si Ciceroni cæte-
risq; clarissimis: uel philosophis: uel oratoribus poetis
ue daretur: ut nunc etiam possent aliquo suæ laudis &
gloriæ uento fumo ue gaudere. omnis tamen illa oble-
ctatio & pompa quãtumq; diuturna: mundo tandem exusto
terminatoq; euanesceret. Admonemur igitur Alexan
der: ut non huius mundi gloriæ captandæ: sed perpe-
tuæ illius salutis adipiscendæ causa: in studiis uerse-
mur litterarum: eaq; maxime in arte elaboremus: quæ
procreatrix quodammodo ac parens beatitudinis esse
iudicatur: quam nos Theologiam dicimus. Cui nimi-
rum tanq̃ diuinæ legi reliqua iura omnia adhærere: &
obsequi peræquum est: tam & si nõ ab hac procul abest

ea cui ſtudes decretorũ diſciplina. In qua ſi perfectus eſſe cupis: illud in primis tibi obſeruandũ eſſe cenſeo: quod ſacræ litteræ faciundũ & ſuadent & hortantur. Inquit enĩ apoſtolus Iacobus: eũ qui indigeat ſapientia: (omnes autẽ indigemus:) hanc a deo petere oportere Sed ita: ut fide petat: nihil hæſitet. Is autẽ mihi uidetur hæſitare: qui deum non recte amat. Non enim ſe id exiſtimat exoraturum quod ab eo quem non diligit expoſtulat. Igitur primũ & amandus eſt deus: & uerendus: cꝗ diuino ex timore præſertim oriatur ſapientia. Sapientes autem eos non ab re appellauerim: qui penitus iis ſe ſtudiis doctriniſqꝫ dedidere: quæ ad ſalutem non modo ſuam: uerumetiam aliorꝫ comparandã ualent: Qui charitatæ ducti: quod didicere: id omnibus prodeſſe: nocere uolunt nemini. Econtra uero inſipientiſſimos qui rectiſſimis quoqꝫ honeſtiſſimiſqꝫ artibus non alia ſane ratione ſtudent: ꝗ ut ſciant: ſcienteſqꝫ inflenť. Vnde apoſtolicum illud ductum exiſtimo. Scientia inflat: ædificat charitas. Qua ſi afflueris modeſte uiuas oportebit: eoqꝫ fiet: ut ſis charus acceptuſqꝫ uiris oĩbus: qui uiri ſunt: nec difficile ſit: cum id & res & tempus poſtulabit: te in clariſſimum illud iuriſconſultorum celeberrimumqꝫ collegium aſſumi. Qui non tam eorum eruditionem: qui ſibi poſcunt doctoratus gradum dignitatemqꝫ conferri: ꝗ mores expendere ac uitã ſolẽt. Quam

profecto scio non esse improbandam: si non a charita-tis uirtute proprietateque abhorrueris. De qua est a me post meridiem disputatū eo ipso die: quo noster Antonius ante prandium de Anterotis sermonem habuisset. Quam ego disputationem referre: & huic tercio mandare libro: quod hoc non inutile futurū sit institui. Igitur ubi post cibū oēs paulū requieuimus: & inclinato iam sole Aemylianus cum Antonio ad me uenit admonuerunt ut ad præstitutū locū concederemus. Quod cum placuisset: & in templum iam destinatum uentū esset: ibique consedissemus tū ego illis efflagitātibus magnoque audiēdi desiderio affectis: ita cœpi.

INTERLOCVTORES.
HAEDVS: AEMYLIANVS: ANTONIVS.

HAEDVS.

Vm a me hodie māe discessissetis: ego quod lōge post prādiū: in quo multa eorū quæ mihi hoc loco dicēda essent: acerrima atque attētissima cogitatiōe mecū disputaui: tādē ī cubiculū uenissē mox uisum ē quiæscēti mihi uidere nō tā cupidīs imaginē eā quā ī bibliotheca tua heri æmyliāe pspexissem, & mutā & exanguē: quam illū ipm cupidinē ueluti uiuētē astitisse.

Credo propterea: ꝙ quibus de rebus proxime aut locu-
ti sumus: aut cogitauimus: eadē nonnunq̄ soleāt nobis
sese offerre p̱ quietem. Itaq; ille quæstus est. (Nam &
quid esset amor: & quo ex fonte oriretur: ac quot eius
essent genera: & quis finis: paulo ante inter cogitādum
sciscitatus eram.) queri inquam cœpit sese a plerisq;: sed
potissimū ab Antonio haud recte īcusari: ꝙ efficiēs es-
set libidinis malorūq; plurimorū.

LXX. Sum enim inquit ita insitus naturæ: ut tamē
per me ipse nihil efficiā: nihil moliar: nihil tētem. Quip
pe qui subiaceam uoluntati: a qua omnis est uis & ani-
mi & corporis. Nō ab re igitur me poetæ geminum ap-
pellauerunt: ꝙ mihi pro arbitrio uoluntatis: proq; mē-
tis qualitate atq; habitu: necesse sit nunc unam nunc al
teram in partem flecti. Cum igitur me quidem esse mo
rigerum obsequiq; oporteat: cur mihi iure quisquā suc-
censurus sit fungenti hoc munere: si causa præsertim:
non etiam effectus laudem uituperationem ue meret?
Quę Cupido cum dixisset: ego ueluti uehementi quo
dam repentinoq; strepitu perculsus: mox somnium
cum somno perdidi. AEMYLIANVS. Doleo
quietem istam non fuisse longiorem. Declarasse ille
præterea fortasse multa scitu digna. ANTONI-
VS. Quasi uero aut omni somnio credendum assen-
tiendumq; sit: aut non plane iamiam audieris: quam-

ob rem noster hic præceptor somniauerit. AEMY. Sed siue illa Cupidinis siue senis huius fuerit oratio: obiecta in te quæstio est: qui Cupidinē heri dixeris auctorem esse ministrū uē libidinis: nec in eū cadere frugalitatē posse: ꝙ nequeat res eadē natura ullo modo effectus parere contrarios. Itaqꝫ te aut cedere oportet: aut ita respōdere: ne quouis pacto reus uideare. ANTO. Si memoria teneres Aemyliane quæ a me heri sunt hac de re disputata: neqꝫ somniis prorsus adhibēdā fidem. (Inania enī esse solent.) neqꝫ me tātopere culpandum existimares. Ego enī aliud Cupidinem esse dixi: quē interpretatus sum appetitū: atqꝫ aliud amorē eū qui a Cupidine appetitui ue ministraretur: q̃q̃ Cupido ipse nōnunq̃ amor dicitur. Sed tamen is amor qui effectus est: Cupido recte appellari nullo modo potest: ꝙ ab effectu causa differat. Patet igit̄ falsum somniū fuisse: quādoquidē falso ista de Cupidine dicunt̄: quæ profecto ad illū nequaq̄: ad amorē uero ab eo genitū omnino uident̄ ptinere. Nā ipsa quoqꝫ Cupidinis imago aptitudinē præ se fert agendi: nō etiā patiēdi. Quæ cum ita sint: opinor me quantū sat est: & meā expurgasse mentē & defendisse sentētiam. Tu uero Hæde si quid minus dictum est supple to: & propositum tuum sequitor. AEMY. Recte nunc tu quidem bone uir. Audituri enī hūc conuenimus: nō rursus īter nos certaturi.

HAEDVS. Si non ægre fers antoni: res ista uestigan-
da est acutius. ANTO. Egre? qui nihil cupio magis
q̄ te audire nō uulgaribus de rebꝫ disputantē? HAE
DVS. Fuerat sane iuxta ꝓpositionē nostrā ante omīa
definiendum quid amor esset: deinde seriatim ꝑsequen-
da cætera. Sed quoniā iam in eam quæ secundo tractā-
da erat loco quæstionem incidimus: & qua quærit̄ un-
de ducat̄ amor non illam intermittendam existimaui:
ne fortassis ad eam ipam apte post hac redire nequæa-
mus: aut præposterus hic ordo definitioni non sit accō-
modatior.

LXXI. Multa igit̄ disseruisti hactenus Antoni:
quasi appetitus auctor sit causaqꝫ libidīs: ac circa uene-
reos tātummodo uersari actus possit. Sed appetimus præ-
terea: opes: honores: dignitates: potentiā: ualetudinem: in-
finitaqꝫ id genus: quæ aut bona sunt aut uident̄. Nec
tamē dubium est: quin hæc omnia possimus bene male-
ue appetere: ꝗ ita sit rationis capax appetitus: ut huic &
obsequi ualeamus & refragari: modo id uelimus. Ex
quo apparet non mali causam esse appetitum: quo bene
quoqꝫ uti possumus: cum is præsertim non nisi ad desi-
deranda conquirendaqꝫ uitæ necessaria: animo insitus
sit a deo: naturæqꝫ tributus. Est igit̄ non ille in culpa:
sed eo male utētis hominis uoluntas. Nam & si uidet̄
appetitus inclinatio esse quædam ad effectus: ad ea ue-

omnia quæ cuiusq; rei postulat natura. ut re tamẽ quis afficiat̃ aliqua: oportet nõ abesse uolũtatem sine qua nihil oĩo ualet appetitus.

LXXII. ANTO. At non difficile fuerit docere uoluntatẽ ab appetitu præueniri posse: subiici etiã fortasse: si nõnullas considerabimus naturæ necessitates: famem: sitim: somnũ: cæteraq; id genus: ut genitalia omittam: quæ sua spõte plerumq; appetẽdo excitant̃. Quis igit̃ in his recte dixerit appetitum non antecedere solere uolũtatẽ? quã tũ quidẽ ille quodãmodo ad se trahere: & ut sibi morẽ gerat cogere uidet̃.

LXXIII. HAEDVS. Non uideo antoni quẽadmodum tuo isti respondeam argumẽto: ni fatear tria esse appetitus genera. Vnum quidẽ eius qui tãtummodo ad esse ꝑtinet naturamq; corporis: & ob eam rẽ appellatur naturalis. Alterũ eius qui ad corporeos sensus atq; ideo sensitiuus animalis ue nuncupat̃: sensualitas etiam a plerisq;. Tercium uero genus est eius appetitus qui ad intellectum rationemq; refertur: quam eandem esse uoluntatẽ dicunt. Itaq; hunc non ab re quidẽ tum intellectiuũ tum rationalẽ uocant. Sed primi generis appetitus illud ẽ ꝓpriũ: ut is apphensionẽ haud cõsequat̃ appetentis: sed alterius. i. dei: qui singulatim quibusq; rebus præcipuam naturam quandam dedit atq; indidit. Est aũt eiusmodi appetitus nõ modo uegetabilibus

sensibilibusq; in rebus: ex quo uegetabilis quoq; dicit: uerũ etiã motu suo sensuq; carẽtibus: ut in lapidib; quĩ centrum appetũt natura. Ex quo illud plane declarat: nullã huius appetitus esse nec rationẽ nec uolũtatem. Qui uero est a sensibus appetitus: is quidem necessitate nõ etiã libero iudicio apprehẽsionem cõsequit appetẽtis: q̃q̃ in hominibus particeps: ut rationis ita libertatis esse potest. Nam & si sensitiua in parte ac irrationabili uersat: quia tamẽ aptus est obedire parereq; rationi. nõ iniuria rationalis quoq; appellat: sed tum demum: cum illi præsidẽti quemadmodum patri filius: amico ue amicus obtemperat. Qui autem appetitus est rationis: is apprehẽsionem appetẽtis pro libero iudicio electiõeq; cõsequit. Differt tamẽ a cæteris haud aliter q̃ a corruptibili ppetuum. Hæc uero appetitus genera in homĩe reperiri omĩa certum est: quãdoquidem cum omĩbus creatis rebus homini nõ nihil est promiscuum atq; simile. Siquidem (ut Gregorius inquit) esse habet homo cum lapidibus cõmune: uiuere uegetariq; cum arboribus: sentire autem etiã cum brutis: intelligere deniq; cum angelis. Quamobrẽ ut tãdem ad quæstionem istam tuã redeamus nõ diffitẽdum est in eo qui esuriat: qui sitiat: qui somno sit oppressus: appetitum illum naturalẽ ac uegetabilẽ q̃q̃ præuenire potest: & tẽtare quodãmodo uolũtatem tamẽ hãc subiicere nõ posse: q; ea sola in homĩe

sit libera: nec cogi queat. Quantũlibet igitur quis esu/riat: sitiat: somno etiã grauet̃: non comedet: non bibet: non dormiet: nisi uelit: modo uolũtas adesse possit: quã utiq; nouimus ut a dormiẽtibus: ita ab iis quoq; quibus somnus repẽte surrepit abesse.

LXXIIII. Verũ appetitus ille quoq; qui est a sensibus: & si in hoĩe antecedere uoluntatẽ ex eo maxi/me uidet̃ q nonnunq̃ deliberationem præstolat̃ rationis: eiq; tandem uel paret uel repugnat. nihil tamẽ ho/rum efficere sine uolũtatæ potest: quam eũ sequi oportet. Itaq; & si amor ẽ in eiusmodi appetitu: nec tamẽ appetitus (ut paulo ante sentiebas) est amoris causa: nec amor utiq; effectus. Est igit̃ his appetitus cũ amore ueluti affectus quidã: qui nõ minus in bonã q̃ in malam partẽ inclinari possit.

LXXV. Vt aũt mane diximus: ea est affectuũ omnium natura: ut pro facie mẽtis tũ uirtutes esse queant: tũ uicia. Sed ne illud quoq; nõ falsum erit: amorem nõ esse passionẽ: cũ constet cupiditatẽ affectũ esse: omnem uero affectũ passionẽ. Quare Cupidinẽ istũ non aliud q̃ amorẽ esse censeo: cũ præsertim ipsa Cupidinis imago nihil aliud referre q̃ amantis affectũ moresq; uideatur. ANTO. At non istud profecto sibi uult ratio illa sagittandi feriendiq;. Non enĩ perobscurũ est (ut ante dixi.) & sagitare & ferire ad agentẽ: non etiam ad

patientem pertinere. HAEDVS. Non nego id quidē. Sed nō eā ob rem ita fingitur Cupido: q̄ uel iaculetur uel feriat: sed q̄ ipo amoris actu istucq̄ q̄ celerrime animus se ipe afficiat non inuitus: atq̄ ita patiat̄ id quod egit. Igitur Cupidinem amorem ue non agere: sed actū esse dixerim: & animi quidem actum: ut facile intelligas quod ab alio non etiam a seipo sit: id passionem dici esseq̄ oportere. Est autem in animo appetitus: eumq̄ sequit̄ ut uolentem: ita ne uolentem quidem. Subest igitur uoluntati. Itaq̄ nō alia de amore q̄ de appetitu fuerit sententia: quādoquidem is appetitui inesse dicit̄. Si enim utit̄ uoluntas appetitu: non etiam appetitus uolūtate: estq̄ in appetitu amor: is proculdubio uidet̄ e uoluntate proficisci. Non igit̄ appetitus (: ut heri disputabas) aut subiicere: aut in agēdo præuenire quam ille sequit̄ uoluntatem: aut causa esse amori: ullo modo potest.

LXXVI. ANTONIVS Si etiā iure tibi Hæde cæteris in rebus cedendū esset: non illud tamen cōcedendum uideret̄: amoris causam esse uoluntatē: quādoquidem nihil uolumus omnino: nihil cupimus sine qualibet: aut alliciente: aut suadēte causa: quā nōnunq̄ esse alienam: non modo a uoluntate: uerumetiā a uolente cōstat: ut si amemus bonum uir̄: si cognatum: si affinem. Nempe nō uoluntas nostra: sed illius uel uirtus:

uel cognatio: affinitas ue fuerit amoris causa. HAE/
DVS. Istud ꝓinde opponis: quasi uero dixerim amo/
ris esse causam uoluntatem. Quid si dicerem: Istiusmo/
di ne quos memorasti homines amare compellemur: si
noluerimus: Efficiet ne igitˀ uirtus necessitudo ue: ut ue
limus: Minime profecto. Quot enim uidemus quotidie
bonos & sanctos uiros a suis etiam propinquis nõ tam
odio haberi: q̃ iniuriis affici atrocioribus: ut taceam plu
rimorum & uulnera & cedes. Cur ita quaeso te: nisi ꝙ
non dubium est: amorem non nisi a uoluntate nasci. ex
qua est: & sine q̃ esse nequit. Quis enĩ amare potest: ni/
si uelit: Nõ igitˀ amoris causa quicq̃ esse potest: quod a
uoluntate menteq; abhorreat.

LXXVII. ANTONIVS. Fateor id quidem:
Ideoq; tibi cedere iam cogor Haede: si non ipsa quae
aliqua ex re capitur uoluptas: causa est amoris: quando
quidem nihil menti magis consentaneum uidetur: ni/
hil ue expetibilius uoluptate. HAEDVS. Quocũ/
q; te uerteris Antoni: in salebram incidas oportet. Nã
isto pacto praecederet effectus causam. Quo enim mo/
do fieri potest: ut quae uoluptas sequitˀ amorẽ: ea ante
sit q̃ amor: ANTO. At cupimus in primis quod iu/
cundum uoluptuosumq; sit. Quod nisi cupiuerimus: ne
amamus quidẽ. Cõstat igitˀ amoris causam esse eã quã
speramus uoluptatẽ. HAEDVS. Quĩ potius dixerĩ

amorē causam esse uoluptatis. Eā enī ob rem amamus ut uoluptate potiamur. Nō igit̄ potiremur: nisi prius amaremus Ergo causa est potiundi amor: q̄q̄ neq; tibi hoc loco neq; mihi concedendum arbitror: q utrumq; haud uerū esse uideat̄. Non enim (ut exempli gratia quicq̄ afferā.) ea quæ pcipi ualet ex amicitia uoluptas: causa ut diximus amoris recte aut esse aut dici potest: sicut ne amor quidē uoluptatis: q nisi uolenti nihil tam & si iucūdum est natura: cuiq̄ uoluptati esse potest. Nō enī quælibet grata est oībus uoluptas. Est aūt nō incertū nos neq; quicq̄ cupe: neq; amare ullo modo: nisi id efficiat uolūtas.

LXXVIII. Hæc igitur sola uidet̄ esse & amoris & uoluptatis causa. Itaq; si quid aliud fortasse præter uoluntatē esse potest amoris aut occasio: aut causa: id ego quidē existimo tale esse oportere: ut & ante exstiterit q̄ amor: & bonū sit: speciem ue boni habere uideat̄. Proinde consideranti mihi hoīs naturam: nihil procuIdubio uisum est inesse huic tā præcipuū & excellēs tanq; proprium q̄ amorē. Nec homini solum: sed etiam animātibus cæteris. Quippe quæ simul ac natæ sunt: nō aliā ob rem expetūt: quærūtq; profutura. uitāt autem fugiuntq; cōtraria: q̄ uitæ tuēdæ & cōseruādæ gratia: quā utiq; in primis amāt. In hoīe uero maximæ amorē semper esse cōstat: quādoquidem semp bonū: & appetit &

Natura hominis est precipuum amor

liberum arbitrium

amat. Nihil igitur antiquius amore: nihil etiam uiolentius. Vincit enim amor omnia. Quod si poeta ille cælebérrimus recte dixit: nõ minusq̃ q̃ uere: constat uictorẽ nisi qui amauerit esse neminẽ. Omnes autem tales sumus natura: ut uincere uelimus. Nam ne ip̃m quidem liberum arbitrium: quod primum est hominis ac peculiare: si non aut uolendo: aut nolẽdo uinceret esset ullum Est igit̃ amor naturæ inditus: q̃ uincere nemo nolit. Et sane q̃ impossibile sit humanum animum non aliquid amare: (ut Hieronymus inquit.) nihil magis ẽ hominis q̃ amor. Qui nimirũ ab illo ip̃o incipiens: manare in plurimos p̃ uoluntate potest. AEMY. At sese ii non amant: qui manus ip̃i sibi iniiciunt: mortemq̃ cõsciscunt. HAEDVS. Solent id quidem maxime efficere: qui aut acerbioris longiorisq̃ cruciatus: aut summi perpetuiq̃ dedecoris effugiendi causa: his erumnis ideo mortem anteponendam putant: q̃ quietem tranquillitatemq̃ ament: & animi: & corporis: quam sane ueluti magnum bonum ip̃a expetit natura. Quamq̃ igitur falsa illa existimatio est: aberratq̃ longius: nõ tamẽ ab sui amore non proficiscitur. Itaq̃ fit q̃ iustissime: ut impiissimi scelestissimiq̃ paricidæ ne id quidem quod arbitrabantur consequi aliq̃ ex parte possint. Nam & apud nos obscurissima diutissimaq̃ infamia notantur: & apud inferos eo cruciãtur atrocius: quo in se hic

Qui sibi ipsi mortis causa existunt vide

fuerīs crudeliores.

LXXIX. ANTO. Amorem (ut inquis Hæde) assentior quidem a natura proficisci: sed eum præsertim quo sese quisq; diligit: q nō modo & esse & uiuere omnes appetant & amēt: sed etiam sine dolore uiuere. Bonum autem simpliciter amoris causam esse nego: q nō semp amamus ea quæ bōa sunt: sed quæ maxime delectant. Eæ autem potissimum delectāt: quæ percipiuntur ex sensibus uoluptates. Nō ergo iniuria dixerim: omnes quidem sensus afferre uoluptatem: atq; ideo quemuis eorum amoris causam esse posse: cum id præsertim neque at amari: quod omnino quale sit ignorat: rerūq; cognitio incipiat a sensibus. Itaq; nō ab re quidem illud maxime probatur: pcipiturq; ab omnibus: qui de remedio in amorem illum lasciuum atq; turpem aliquid scripsere: eum qui opter uel desere amorem uel nō admittere: ante omīa fugere oportere: ne quouis pacto tāgat: audiat: cernat ue aliquid: quo ad concupiscendum lacessiri possit. Neq; uero id nō uere. Nam ne Iesus quidem noster frustra declarauit: tum lucidum nostrum esse corpus: cū oculus purus ac simplex esset. Et rursus. Scandalizantē oculum esse eruēdum: qsi uero in oculis præsertim uis cōcupiscēdi maxima uersetur. HAEDVS. Quicquid antea de uoluntate argumētatus sim Antoni: illud te neadum puto nihilominus nihil aliud q̄ bonum recte

amoris causam: aut esse aut dici posse: quãdoquidem id
in primis expetit natura. Nã & (si ut ĩquis) quæ delectãt
ea sola desiderant̃: amantq; ab oĩbus: si etiã nõnunq̃ cõ
tingat eiusmõi nõ solũ nõ esse bona: sed oĩo mala & fla
giciosa. nõ aliã ob rẽ tamen quis illa & diligit & cupit
nisi q opinatur maxĩa ea bõa esse quibus oblectat̃ gau-
detq; maxĩe. Quã obrẽ uidet̃ boni ratio quædã ĩesse uo
luptati: q hãc oẽs quasi bonum quoddam conent̃ adi-
pisci. Sed haud recte amoris causa quiuis sensuũ iccir-
co fuerit: q aut p eos quãdam rer̃ noticiam habemus:
aut nõnullas ex his ĩpis pcipimus uoluptates. Nã isto
pacto in beluar̃ morẽ nihil amaret̃ præter id quod ali
quo cognosci sensu posset. Atq; ita ne summũ quidẽ il
lum auctorẽ rer̃ omniũ deũ sup oĩa diligendũ dilige-
remus. Præterea q̃q̃ uident̃ sensus quædã occasiões es-
se uoluptatis potius q̃ causæ: q nõ prorsus ex sensibus:
sed p hos nihilominus obiectis ex rebus capit̃ uoluptas
nulla tamẽ caperet̃: nisi aĩus prius capiendã esse censuis
set. Illã igit̃ domini Iesu christi sñiam: q̃ dixit simplicẽ
purũq; oculũ eius esse oportere: qui cupet lucidũ habe
re corpus: nõ de corporali profecto: sed de spũali magis
oculo. i. de mẽtis intẽtione atq; pposito ĩtelligendũ puto
Sicut enim sincero corporis oculo mẽbra cætera suã ad
operationem ministeriumq; diriguntur: sic recta nimi-
rum intẽtiõe dirigit̃ corpus illud cõgeries ue opationũ

Iralis sensus tollit

humanarum. Neq; uero si de corporis quoq; membris contéderis illam accipiendam esse sentétiam: ideo scandalizans oculus erit eruédus: aut truncanda manus: aut pes deniq; abscidendus. Hæc enim pmittunt̃ nemini: sicut ne sui quidem interfectio. Non enim propterea interior illa in qua peccatũ maxime uersatur concupiscétia excluderetur. Ad quam utiq; reprimendam alia remedia inuenta instituta q; sunt. Nam concupiscétiæ uis omnis: tum ratione: tum etiam libero arbitrio comprimi & frangi potest. Est igitur abstinendum non a uisu: nõ a tactu gressu ue quolibet: non ab omni deniq; cæterorum sensuum membrorumq; exercitio & munere: sed ab illicito tantummodo & minime decenti. Quæ quidem boni mali ue qualitates cum ex animi habitibus ducantur: nõ etiam ex sensibus. pspicuum est ipm̃ p se sensum nõ amoris causam esse posse: tam&si res humanas quarum amore desiderioq; afficimur: mens in primis sensuum ex aliquo & hauriat & agnoscat. Quid q; animus nullo sensuum iudicio: sed cupiditate ductus plerumq; confingit eas quas amet: quasq; uel cogitatione complectatur: imagines uoluptariaꝝ reꝝ. Precipit̃ autem ab illecebris sensus abducendos esse ac cohibendos: ne p hos forte mens alliciat̃: fiatq; deterior. Nã & si nõ semp tũ capit̃: cum quid sentit etiã delectabile: q sensus (ut diximus) existunt nõ affectuũ: sed solius agni-

Concupiscentia vincitur

Imaginatio animi

tionis cauſa:illud tamen ipm memoria repetendo:hon
nunq̄ ita irretitur:ut id q̄ ardentiſſime cupiat:quod qui
dem antea cum ſenſiſſet:nulla omnino cura:nulloqꝫ a-
more affecta eſt. Quare illud haud falſo dixerim: eos
plane deprauatos eſſe:& iam pridem corruptos:qui blā
dimenta corporis ꝑ ſenſus irrepentia:aut libenter ſuſci-
pere cum adſunt:aut optare ſolent quærere ue abſentia
Neqꝫ enim ſenſus ipi ꝑ ſe quicq̄ habent poteſtatis. Nā
quæ ſunt externa:ſiue bona illa ſint:ſiue mala:menti tā
tūmodo nunciant:ac quodāmodo afferūt in conſpectu:
nō etiam imprimunt. Vt enim homini mēbra ideo ſunt
tributa: ut his bene utatur: tam&ſi male uti poteſt. ita
quoqꝫ & affectus & ſenſus. Nō igitur animum ſenſus
mouent:ſed oſtendūt propria illū uolūtate:uel ſanū eſſe
uel corruptū. Quæ cū ſit libera:nullā habere cogētem
cauſam poteſt.

LXXX. His igit̃ expoſitis unde ducatur amor:
ſatis intellectū reor. Ex quo tandem aliquādo ad eius
definitionem facile progrediemur:tā&ſi hunc tu quidē
pro Senecæ Maroniſqꝫ ſentētia nihil aliud eſſe uolui-
ſti:q̄ occultum quēdam ignem: qui a pectore in omnes
uenas elaberetur:inhæreretqꝫ oſſibus: atqꝫ ita:ut uoraret
etiā medullas. Fuerunt itē qui dicerent amorē eſſe blan
dū animi calorē. Quidā uero blandū etiā malum. Alii
tū clādeſtinū malū:tū meꝝ damnū. Nōnulli paſſionē

animi uehementiorem. Quas ego definitiones nō omnino improbādas existimarem: si nō aliud esset amoris genus q̄ quod ex cōcupiscētia ꝓficiscitur: ut omittā q̄ ex his ipis pleraq; nō magis amoris q̄ irae uident esse affectuūq; plurimoꝝ. Praeterea nequit ea nō inepta definitio uideri: quae de rei fine a quo definire ductum est ne mentionē quidē fecerit. Quis eī tātūmodo eā ob rem amet: ut intus calefiat: ut ardeat: ut ea deniq; mala patiatur oīa: de quib; heri Antoni diu multūq; dixisti? Est igit amor (ut mihi quidem uidet) uolūtarius quidā motus actusq; animi ad eas res desiderādas ac parādas quaꝝ cognitiōe fruitiōeq; delectamur. Nō eī (ut dudū q̄rissime dixisti) amari potest quod oīo ignorat. Perspicuū est aūt eiusmodi cognitionē plerumq; a sensib;: nōnūq̄ a cogitatiōe & rōne ꝓficisci.

Cognitio intellec. ex sensitiva

LXXXI. Nā cū duo sint reꝝ genera. Vnū corporeaꝝ. Incorporeaꝝ alteꝝ. Corporea quidē sensib; potissimū cognoscunt. Cōtraria uero nō tam cogitatiōe pcipiunt q̄ rōne: q̄q̄ cognitio intellectus oīs (ut tu quoq; sentis incipit a sensib;. Nisi enim ab his oblatas res intellectus apprehendere nō potest: discernere autem lōge minus. Itaq; fit: ut inuisibilem quoq; deum esse (ut īquit apostolus) p ea ītelligamus quae facta sunt: fieriq; a nullo praeterq̄ ab uno deo possunt. Ex reb; aūt cognitis ille potissimū delectāt: quae uidentur amabiles.

Ex creaturis deus intelligitur

LXXXII. Videt̃ aũt id omẽ: quod bonũ esse opi namur. Bonũ uero id præterti: quod aut utile appareat: aut iucundum. Multo aũt magis si nõ utriq; desit alterum: q̃ q̃ nõ etiã tale bonũ erit: nisi deceat honestũq; sit planeq; laudabile. Nihil igit̃ quod sua natura sit turpe: faciemq; nõ habeat honesti: recte bonum appellaueris. Quod si nõ est bonum: ne amabile quidem: tam&si pleriq; id sæpenumero & amãt & sequũtur: q; opinant̃ ne modo bonum esse: sed etiã magnũ bonũ. Que quidẽ opinatio nõ aliũde orit̃: q̃ ex ea parte animi quæ ratio nis est expers: quãq; sensualitatẽ appellamus. Quibꝫ oĩbus ex rebꝫ illud colligit̃: amorẽ unũ esse natura: semꝑ q; ad bonũ tẽdere: q; ea a quo nascit̃ uolũtas sit una: ni hilq; aliud requirat nisi bonum: tam&si sæpe fallit̃ opi nione boni.

LXXXIII. Igit̃ amor & si unus ẽ natura: ꝓ eorum tamẽ que amãtur uarietate: ꝓq; amãtis affectu: qui ut hõestus ita turpis esse potest. solet uariari nec simplex esse. Atq; ideo Cupido nõ ĩiuria geminus dici potest. Quãq̃ eĩ instinctu naturæ atq; fœdere suas quisq; tum propĩquas cæteras: rũ sorores q̃ honestissime diligit: si ta men subacta rõne sensitiuus ille appetitus ĩualuerit: obliterata tãdem cognatiõe natura ĩpetu suo utit̃. Ex quo plane illud quoq; cõiicit̃: quiduis & honeste amari & turpiter posse. Sed tamẽ nõ eodẽ aut pũcto tẽporis: aut

Amoris diuini ac humani collatio

genere amoris. Verum hoc loco ne illud quidem præ-
termiſerim: quod quibuſdam ſolet impoſſibile uideri: eã-
dem amoris in quouis genere naturam & uim eaſdẽq;
mores eſſe poſſe: quaſi uero nõ utrobiq; Cupidinis ſimu-
lachrum ſignificatione locum habere uideat̃. Quam
tu quidem Antoni ad eos tantũmodo exiſtimaſti per-
tinere: qui corporis uoluptati adhæſiſſent. Ego uero ne
eos quidem excipiendos puto: qui deum ipm̃ unum &
uerum amant. Nam ſi fingamus & eorum amorem qui
deum quæritant & mulieroſorum: uehementia magni-
tudineq; omnino parem eſſe: quid faciunt illi amatæ
rei fruendi cauſa quod hi non faciant? Pariter enim
cupiunt: gaudent: ludunt: iocantur: exultant: lætantur:
orant: precantur: ſupplicant: implorant: obſecrant: timẽt:
dolent: obſequuntur: ſeruiunt: ac quicquid agunt pro-
bant: idq; licere & recte fieri exiſtimant. Aeque ſeſe or-
nant: eaq; agere conãtur: quibus & placere & redama-
ri iure queãt. Nec oĩo curãt quid de ſe iudicet orbis etiã
uniuerſus: mõ quod cupiũt adipiſcant̃. Præterea cũ re-
rũ cæterarum: tũ ſui obliuiſcunt̃: quorum aĩus atq; ĩgeniũ
nõ ĩ alio penitus uerſat̃ elaborat ue: q̃ in cogitãdo cõtẽ-
plãdo ue id quod amat. Tũ ſpernunt corporis cõmoda
fortunas: ignominiã: laudẽ: gloriã. Poſtremo famẽ: ſitĩ: al-
gores: æſtus: labores: uigilias: erumnas: dolores perpetiun-
tur. Pericula deniq; mortemq; ipſam non formidant.

Superat enim amor (ut ante diximus) omia. Sunt igit̃ utrisq; mores actusq; cõmunes. Nec mirũ profecto quã doquidẽ utriq; quod amãt: quod cupiũt: quod sperant: uiribusq; oĩbus prosequunt̃: ac student adipisci: id bonum esse opinant̃. Hoc aũt tantũmodo differunt: q̃ nõ tã diuersa q̃ aduersa est ratio modusq; fruẽdi. Nam honeste alteri & bene amant: atq; ideo beate. Alteri uero ut turpiter: ita male ac misere.

LXXXIIII. Quare nõ difficile intelligit̃: (ut est sæpe dictũ) duo omnino esse amoris genera. Vnũ quidem honestũ: quod est rõnis. Alterũ turpe: quod est irrationabilis sensualis ue appetitus: q̃q̃ prioris generis q̃druplex est partitio. Vnus enim est amor ille peculiaris quo sese in primis quisq; amat: sibiq; bene uult. Alter itẽ naturalis: quẽ a cõiugio incipientẽ manãtẽq; in liberos: cũ pecoribus habemus beluisq; cõmunẽ. Tercius est propinquorũ: qui & ipe ptinet ad corpus. Amicorum quartus: si tamẽ non ex iã acceptis speratis ue beneficiis: sed ex uitæ bene constitutæ similitudine descendit. Qui quidẽ omnes & si honesti sunt amores & probandi: tamen q̃ ad summũ optimũq; finẽ nõ pueuhunt: uix suscipiunt̃ a nostris. Sunt enĩ humani: & cum corpore deficientes: eãq; ob rem nullatenus cũ diuino illo atq; ideo perpetuo ac singulari comparãdi: Qui quidẽ cũ amplissimus pstãtissimusq; sit: illos omnes & complectitur &

Amoris honesti partitio

perficit. Erit igit᷑ amoris alia diuisio & uniuersalior & uerior. Dicemus enim itẽ duo esse amoris genera. Vnũ quidẽ diuinũ Alteꝝ humanũ. Sed extremi huius eam esse. quam supra posuimus partitionem amoris: & honesti: & turpis. AEMY. Quasi uero diuinus ille amor nõ honestus sit.

LXXXV. Fuerit sane nõ honestus solum: sed etiam honestissimus: modo id uerbi genus diuinis in reb⁹ soleret usurpari: nec ad humanas esset accommodatius. Non enĩ pobscuꝝ est diuinum amorem quam nostri charitatẽ uocãt: nõ inhonestũ esse posse: quãdoquidẽ nõ modo est is a deo: uerũ etiã ipe deus. Ait enĩ euãgelista Ioãnes: deum esse charitatẽ.

LXXXVI. AEMY. Si igit᷑ charitas est amor: quem affectum esse atq; ideo passionem dixeris: non est utiq; negandum in deo quoq;: tum affectionem existere: tũ passionem: in quo esse amorem nemo negat. Aut ergo non erit amor passio: aut ne in deo quidem amor. HAEDVS. Atqui hæc hactenus de amore hoĩs: nõ etiã de dei senserim. Multum enĩ tantũq; inter se differũt: quãtũ inter ipm deũ & humanũ genus. Dicimus aũt amorẽ ita in deo esse: ut ipe(quemadmodũ ꝓxime diximus.) amor sit. Quod si ita ẽ: & id de hoĩe dici nullo mõ potest. si deĩde nõ mutabilis ẽ deus: si nõ creatus. restat ut moueri nequeat subiici ue affectibus: quos &

motus & creatos esse liquet: atq; ideo ne pati quidẽ. Est igit̃ diuinus amor: & is utiq; sine affectu: sineq; passiõe q̃ hæc ĩ incõmutabilẽ deũ cadere nõ possunt: in hoĩem uero possunt: quippe cui mutabili datũ ẽ: ut ꝓ arbitratu amare: cæterosq; & suscipe & deponere affectus queat. Qui tamẽ (ut ante disseruimus) neq; uirtutes existũt: ne q; uicia: nisi cũ quis bene ad hos ipos male ue se habet.

LXXXVII. ANTO. At ista rõne: ne illa quidem quã supra posuisti amoris definitio ad diuinũ ꝑtinebit: cuius nimirũ particeps ẽ homo. Si eĩ deus (ut inquit Augustinus) ea ẽ charitas: q̃ nos ipe diligit: q̃q; & illũ diligimus & ꝓxĩos. utiq; sicut nõ in illo: ita ne ĩ nobis quidẽ charitas erit motus animi: aut affectio habitus ue. HAEDVS. Nõ id tibi tãtummodo Antoni: sed præterea plerisq; uisum ẽ. Qui faterent̃ quidẽ charitatẽ recte quoq; dici posse animi motũ & affectũ & uirtutẽ: nõ iccirco tamẽ q̃ ea ipa quicq̃ sit huiusmodi: sed q̃ ꝑ illã ueluti uirtus esset: moueat̃ aĩus: afficiat̃q; ad diligẽdũ. Sed certe nõ aĩaduerterunt quid incõuenientiæ cõtradictiõisq; sequeret̃. Si eĩ a deo solum mens humana ita moueret̃: ut eiusmõi motus principium ipa nullo mõ esset: ꝓculdubio cessaret rõ uoluntarii: cuius principium in se ipo sit oportet. Deinde sequeret̃ incõpatibile quoddã: ut cum de sui ratione illud amor ĩmportet ut actus sit uoluntatis. diligere tamẽ uoluntarium

C'è certo in libero arbitrium.

nō esset:Quo quidē sublato:ne meritum quidē homini esset ullum Nō enī est possibile:merendi radicem esse charitatē.Quare necesse est ita ad diligendū moueri a deo uoluntatem:ut hæc quoq; illiusmodi actus sit effectrix.Restat igitur :ut charitas ea qua deum proximūq; diligimus:(ut tu ipse quoq; dudum fatebare.)participatio quædā sit diuinæ charitatis. Qua scilicet habituali forma uolūtas ad amoris actū inclinatur: operaturq; proprie ac iucunde.Quod nō efficeret profecto: si mens diuinitus solū nō etiā sponte moueretur.Nihil enī libenter facile ue agimus:quod nō spōte agimus.Esset deniq; in nobis dilectionis actus ipse oībus & naturalibus & uirtutum cæterarum actibus imperfectior:cum manifestum sit nihilominus eiusmodi actum excedere naturam uoluntatis:nullāq; uirtutem suū ad actū magis inclinari q̄ charitatem.

LXXXVIII. Hāc aūt Augustinus in tercio de doctrina christiana libro sic definit. Charitatem uoco motū animi ad fruēdum deo propter ipsum:& se ac proximo propter deum.Et alio loco.Charitas dicta est uirtus quæ animi nostri rectissima affectio ē:quæ cōiungit nos deo:q̄ eū diligimus.Est igitur charitas nō quilibet: sed rectissimus animi affectus. ANTONIVS. Sit ita sane: modo adhuc nihil obstet. HAEDVS. Quid istud est?

LXXXIX. ANTO. Nempe si affectus est charitas: affectuū aūt (ut paulo ante memorasti) ea est natura: ut ꝓ bōa mala ue hoīs uolūtate fieri uirtutes uiciaq; possint: necesse est charitatem quoq; uicium esse fieriq; posse: modo id uelimus. Nō igitur semꝑ fuerit rectissimus animi affectus. HAEDVS. Sed si charitas est uirtus: infunditurq; a deo: certe talis animi affectio nullo modo aut uiciosa aut praua esse potest: sed rectissima sit oportet. Quod reliquis de affectibus qui a natura tātummodo ꝓficiscūtur: plāe dici nequit. Inclīari enī possunt ī utrāq; partē: ut de amore ip̄o dicimus: quo quiduis possumus amare & honeste quidem & turpiter. ANTONIVS. Quasi uero charitas aliud sit q̄ amor HAEDVS. Fateor charitatem recte quidem amorē appellari: nō etiā omnē itē amorē charitatē: sed eū solū quæ eadē est charitatis uirtus.

XC. ANTO. Sed neq; uirtus esse charitas uidet̄. Nā cum uirtus omīs sit accidētalis habitus quidā: nullumq; accidēs subiecto nobilius sit. apparet charitatem quæ nimiꝝ est animo nobilior: uirtutem nō esse posse. HAEDVS. Veꝝ humana uirtus in eo maxime cōsistit: ut actuū regulā attingat humanoꝝ: quā quidem duplicē esse cōstat. deum ip̄m humanāq; rōnem. Cum igit̄ deum charitas attingat: nos illi coniungēdo: consequēs certe fuerit uirtutē esse charitatē. Quæ tam&si est

Argumentum demonstrationum

Virtus huma na in quo consistit

utilis:& quidam ad charitatem callis initiumq; sapien
tiæ. Eo enim fit: ut iusticiæ consuetudo quædam sensim
inualescat: atq; (ut ita dixerim) inolescat: fiatq; robustior
in dies. Is autē timor ꝓficiscit̃ ex fidē maxīe.

XCIII. Nam simul ac cœpit homo iudicii extre-
mi diem: pœnasq; credere ꝑpetuas (ut inquit Augusti-
nus) cœpit etiam timere. Quis enī metueret ea quæ post
hanc uitā reis supplicia debent̃: si nō eadem iam esse p̄-
parata & meditaret̃ & crederet. Idemq; licet de glo-
ria cuiq; bono tribuēda dicere. Itaq; nō nisi ꝑ fidē neq;
summū bonū neq; summum malum quid sit: intelligi a
nobis potest. Excitat quippe hominem ad honeste re-
cteq; uiuēdum: tum indeficientium præmiorꝫ spes: tum
pœnarꝫ metus. Quæ profecto fidei argumēto certa esse
nullo præterea pacto possunt.

XCIIII. Est autem triplex credendi genus. Nam
credimus in primis deum esse: in quo quidem a beluis
omnino: nō etiam a demonibus distamus. Credūt enim
& contremiscunt. Credimus deinde deo: q quæ fecit:
quæ iussit: quæ deniq; prædixit: ea uera esse foreq; non
dubitamus. Credimus deniq; in deum: cum ipm diligi
mus: quo quidem aliquando frui & cupimus & spera
mus. Credunt itaq; deo: non etiam in deum: qui ne dā
nentur aut abstinent a malo: aut bonum opant̃. Quod
tamen quale bonum sit: uiderint ii quoq; qui id faciunt

inuiti. Fit enim ab inuito: quod a timente fit. Sed nō
ideo is metus nihil prodest. Præparat enim charitati lo
cum: eamq; haud secus introducit q̄ acus aut seta linū.
Vt enim cum quid suitur: uidemus setam prius ingre-
di q̄ linum: immo non hoc ante succedere q̄ illa egre-
diatur: sic mentem principio metus occupat: deinde sen
sim inuehit charitatem. Sed tamen ita: ut cum inuexe-
rit discedat: immo eiiciatur. Nam (ut inquit Ioannes il-
le euangelista.) Perfecta charitas foras mittit timorem.
Hanc autem inuectionem nos initium appellamus: in-
choationem ue charitatis. Quod quidem fit omnino:
cum mens humana (id quod olim durum erat: quod-
q; difficile uidebatur:) deum incipit amare. Tum enim
non tam pœnam metuit: q̄ ne deum quem iam diligit
offendat: ab eoq; separet̄. At is qui proficiscit̄ ex gra-
tia metus tercius: quiq; in dei reuerentia cultuq; uersa-
tur. ad filios nō etiam ad seruos pertinet. Nam quem-
admodum illud in parentes optime instituti liberi ob-
seruant: ut non solum iussa faciant: sed etiam timore
quodam afficiuntur: ne aut eos quouis modo lædant:
aut debitam illis reuerentiam non exhibuisse uidean-
tur. sic utiq; quos perfecta charitas absorbuit: ii nullas
iam pœnas timent: quādoquidem eos delectat nō pec-
care: nec tam deum offendere formidant q̄ reuerent̄.
Vnum enim hic timor oculum in culpam tendit: hanc

Timor temporal[is]

ipsam ut fugiat & uitet: alterum in deum: ut hunc usq; quaq; uereatur & colat. sed id potissimum magisq; & curat & satagit. Quod ne in superna quidem illa patria desinet efficere. Quamobrem inquit propheta: sanctum domini timorem æternum pmanere. Verum hæc res ut clarius eluceat. duas (si placet) constituamus coniugatas: quarum altera nolit adulterari: uelit altera: modo huic maritus non timori foret. Hæc illius semp præsentiam execratur: optat absentiam. Et si fortassis: non honeste uiuit: utiq; timet ne ueniat maritus: ne ab eo deprehendatur: ne uapulet: ne deniq; occidatur. At quæ maritum amat: sentitq; sese illi amplexus tantummodo debere: nec alteri placere cupit: nempe desiderat semp adesse uirum: præterea contemplari & audire illum & alloqui: eoq; tandem omnino frui. Itaq; timet ne is discedat: ne abeat longius: ne se deserat. Quæ quidem ne forsitan sequantur: studet illi placere: parere: obsequi. Cauet deniq; ne quid committat: quo ualeat a sponso: aut odio haberi: aut amari tepidius. Cum igitur ambæ timeant. quid tamē inter eiusmodi timores differat: facile cognoueris. Sane timet una pœnam atq; supplicium: q̄ præmatur sceleris consciētia. Culpam timet altera: q̄ a sponso separari pœnā esse putet. Sed si ut hæc ita illa cœperit amare uirum: si negliget alienos: si & suo & solo potietur ac delectabitur. nulla deinceps il-

Iam uexabit conſciētiæ moleſtia: eamq; ob rem ne ſupplicii quidem timor ullus: quem perfecta iam beniuolētia eiecerit atq; fugarit. Sed uerebitur potius: ne ſibi aut peregrinatione: aut morbo: aut alio quouis infortunio maritus auferatur quem ſemp adeſſe uelit & cernere. Qua quidem ex propoſitione comparatione ue facile (ut opinor) intelligetur. quod maxime de tercio timoris genere diſſeruimus: ſi hæc ad animam transferent omnia. Nā animæ ſpōſum ſeſe christus & ī euāgelio aſſerit & reprobat.

XCV. ANTONIVS. Duo mihi uidentur a te hoc loco non ſatis plane ne dicam repugnāter eſſe dicta. Primum q̄ ſeruilem metum quem poſt introductam charitatem non tam diſcedere uolueris q̄ fugari. dixiſti a ſpiritu ſancto ꝓficiſci: quaſi uero is ſpiritus ſua uel proiicere mūera: uel abhominari poſſit. & id quod nō minus eſt mirandum: ipſa inter ſe dona ita pugnent: ut quod extiterit alterius cauſa: id ipſum a cauſato eiiciatur. Deinde q̄ perfecta quoq; in charitate timorem eſſe quendam aſſerueris: quo metuit amans: ne a deo aut deſeratur: aut ſeparetur. Quod quidem fieri: niſi per peccatum nequit. Sed ſi cæleſti illa in Hieruſalem. hoc eſt. in ſanctiſſimis beatiſſimiſq; hominibus charitas erit ulla: quam exiſtimamus fore maximam: quandoquidem ex uirtutibus illa cæteris ſola ibi remanebit:

Sancti hoīs charitati
iunctū habuere timorē
folio altero ita sigm 47

eritq́ ppetua. si præterea secura ibi trāquillitas minime
deerit: ubi summa pax ē incredibilisq́ concordia. si de
mum non ibi poterunt peccare: qui semel deo suo iun/
cti unum fuerint cum illo: non uideo quid timoris illic
aut esse fore ue: aut fingi queat: ubi uita & inclyta fu/
rit & immortalis. Non enim cælicolæ illi tum formida/
bunt ne a deo deserantur: ne illo priuent̃: ne ue nō per
fruant̃. Relinquit̃ ergo neq́ perfectæ charitati ullū ad
esse metum: neq́ eum hac in uita ubi semper culpa me
tuenda est: perfectam esse posse. HAEDVS. Et per/
acute certe argumentatus es & grauiter. Nam in pri/
mis haud cōsentaneum uidetur: ut quod a spiritu san/
cto munus ducitur: id quasi malum sit: nō etiam cum
spiritu sancto esse queat. Sed nō nesciendum est: quæ
munera ab hoc ipō spiritu emanant: ea inter se differre:
q̄ nō eūdem effectum habēt omīa. Nam a spiritu san/
cto munus quoddam & nascitur & cōtinetur: qualis
est charitas. Quæ ita quidem a deo proficiscitur: ut sit
ipa deus: mētemq́ homin sibi habitaculum constituat
atq́ consecret. Est aliud deinde muneris diuini genus:
quod & cum deo esse & sine potest. Cuius illud ē pro/
prium: ut quæ sunt utilia patefaciendo: & sibi prodes/
se ualeat & cæteris. Tale uero ē acre perspicaxq́ in/
genium: talis sciētia: talis etiā prophecia. Quæ utiq́ bo/
nis malisq́ cōmunia esse cernimus. Reperit̃ præterea

doni genus tercium: quod tam&si a spiritu sancto ex/
orit̃: cũ eo tamẽ dicit̃ nõ cõmorari. Eiusmodi ẽ aũt ser
uilis ille timor: de quo ante diximus. Id uero fit: non q̄
munus suũ deus: aut abiiciat: aut oderit: sed q̄ negligat
timeri nisi etiã amet̃. Nã sine amore timor esse potest:
sine timore nullus esse amor potest. Est igit̃ in amore ti
mor: sed nõ is quẽ seruilẽ appellamus: quẽq; deus mẽti
suggerit humanæ: ut hãc ipsam admoneat atq; excitet:
præparetq; ad ea expetẽda: quæ ad salutẽ ptinent adi/
piscẽdam. hoc est. ad effectum exercitationẽq; uirtutis:
sed charitatis præsertim: qua cæteræ oẽs cõtinent̃. Qua
re timor hic seruilis quoniã charitatẽ introducit: ut & — Timor inducit charitatem
bonus substãtia & a bono sit necesse est: q̃q̃ habet ma/
lam seruitutẽ. Sed ita quidem (ut ante diximus) introdu
cit charitatem: ut id peragẽs discedat. Nõ enim aliam
ob rem datur homini: nisi ut charitatem introducat.
Itaq; ubi est officio functus suo: ut abeat nõ tam ipse q̃
eius seruitus oportet. Quo enim magis ingredit̃ chari/
tas: eo magis ille uel egreditur uel desinit. Quo q̄ illa
maior fit: eo minor timor. Cum igit̃ fuerit pfecta: restat
ut nullus huiusmodi ibi sit omnino metus: in quo non
modo inest seruitus: uerumetiam supplicium. Sit autem
semp ille qui & sanctus dicit̃ & castus: sine quo esse
charitas nõ potest. Nequit enim nõ uereri dum hic su/ — Timor sanctus
mus: ne a deo separet̃: cum ualeamus facile peccare. Sed

dum sic quis metuet: profecto non peccabit. Si non ergo peccabit: ne seruiet quidem. Nulla igitur eiusmodi in timore seruitus: atq; ideo ne poena quidem ulla esse potest. Sic enim charitatis ē proprium libertas: ut peccati seruitus. Nam Iesus noster inquit: eum peccati seruum effici qui peccat. Ei uero qui peccauerit: non dubium est mox suppliciū deberi: quod ꝓfecto nequit nō timere Inest igit̃ peccāti seruilis ille metus: quē cōstituta poena inducit atq; admouet.

Seruus pcti

XCVI. Amāti uero nō is omnino: sed (ut ita dixerim: & recte quidem:) liber ille timor: quem peccati non tam poena q̃ seruitus: ipaq; turpitudo ac pudor gignit ac tuet̃. Erubescit enim quis in eum peccare quē amat. Sed quem nō pudeat offendere nō modo facto dictoq;: uerum etiam cogitationibus amicum? Nam inter deum atq; homines charitate quædam amicitia conflat̃. Quĩ etiam charitas recte quidem appellatur amicitia. Nam si charitas ē amor: ab amore uero amicitia est nominata. quis dubitet charitatē & proprie dici amicitiam & esse? Non enim discipulos nisi ratione charitatis dominus Iesus amicos uocat. Iam non dicam inquit uos seruos: sed amicos meos. Sed tamen non amor omnis habet amicitiæ rationem: sed is tantūmodo quam beniuolentiā uocamus: ut cum quempiā sic diligimus: ut ei uelimus bonū. Nā si ita quidē res amamus: ut nō his: sed

Amicitia int deū et hoīes charitas ē

nobis ipm earum malimus bonum.non hic amor fuerit amicitiæ: sed concupiscẽtiæ cuiusdam. Est enim ridiculum ut ad uinum equum canẽ ue habere amicitiam dicamur. Quæ certe oĩa cæteraq; id genus non illorum sed utilitatis nostræ gratia optamus salua fore. Quamq̃ ad amicitiæ rõnem ne beniuolentia quidẽ satis esse iudicatur. Postulat enim amicitia mutuum quendam reciprocumq; amorem. Qui si acciderit:necesse est eũ esse sincerum & innocentem:atq; ideo liberum. Cur autem is non uere liber sit:qui peccatum detestet̃:in quo certe solo & seruitutis & supplicii rõ uersat̃. Itaq; illud his ex oĩbus efficit̃: ut charitas neq; seruili cũ timore:neq; sine sancto casto ue pfecta :aut ẽẽ:aut dici recte possit. Quẽ ,pculdubio ex q̃dã erga deũ reuerẽtia proficisci cõstat. Quare charitas & si eo timoris sui officio nõ nisi ĩ hac uit̃ mortali uita:quandoquidẽ in cælesti illa curia peccat nemo.eã tamẽ quã diximus reuerẽtiã quis dubitat illo in regno ẽẽ foreq; ĩcredibilẽ atq; summã:si charitas illic pfectissima ẽ:ubi deo non pfrui nemo potest: nemo gratias debet:nõ & agere & habere ĩmortales:nemo tandẽ eũ nõ summope uenerari? Sed ne lõge aberrasse uideamur:redeũdũ ẽ ad id tãdẽ:ob quod tã multa de timore:q̃q̃ nõ ĩepte diximus. Fuerãt eĩ hac in disputatiõe non pꝛermittẽda. Dudum dixeras Aemyliane a scelere plerosq; abstĩere uel metus causa. Quãobrẽ huius

Amicitia q. postulat

Charitas in vita mortali timorosa

de generibus censui disputandum: ut inde animaduer-
ti posset: qui metus careret culpa: qui ue obligatus esset.
Nõ igitur dubiũ est eos qui nõ deũ sed hominẽ uerẽtes:
abstinẽt a flagiciis: nõ iccirco carere culpa: quod scelus perfi
cere nõ audẽt: quãdoquidẽ id iam & meditati sunt &
cõcepere. AEMY. Quid quod plerosque legimus: qui ne
deũ quidẽ esse putauerũt: nullius pœnæ metu: sed solo
decore ductos honestatis a peccato abstinuisse.

XCVII. HAEDVS. Istud perinde dicis: quasi ue
ro nõ etiã gẽtibus deus adiumẽto esse queat: qui naturæ
bona indifferẽter bonis malisque distribuit: quanquam si quid hi
unquam egerũt agẽt ue honestius: id uirtutis potius simula
chrum appellabimus quam uirtutem: quod fundamento careat
quæ ueri dei cognitio est: quam nuncupamus fidem: si-
ne qua nemo deo aut placuit unquam: aut placebit. Aedifi
cium enim sine fundamento neque firmiter stare potest:
neque diu. Ex quo intelligitur cæteras uirtutes sine fide
nec ualidas esse: nec diuturnas: atque ideo ne uirtutes
quidem. Deest enim illis quæ a nobis expetitur finis
& merces honeste recteque uiuendi. Quid igitur est in-
fidelitate peruersius? quid ue miserius? quid denique ab
iectius? quandoquidem nihil illis tandem profuit ho
nestius uixisse: qui præbitorem aut ignorassent: aut ne
glexissent honestatis. Quid quod ne nobis quidem pro
derit: si nobisipsis potius quam deo placendi causa colemus

honestatẽ: aut uim honeste recteq̃ uiuẽdi nobis tribuere q̃ deo maluerimus.

XCVIII. Est igit̃ a deo uera uirtus omnis: & in primis fides: sine qua ad hunc ipm proficisci nemo potest. Ex quo efficit̃: ut illa nõ immerito quidem ad summum bonum uia nominetur: q̃q̃ charitatem apostolus omnium uirtutũ principem esse uoluit. Quam nõ uiam solum esse: sed uiã etiã supeminentiorem & sentire ausus est & dicere. Idq̃ nõ iniuria. Nihil enim hac detracta cæteræ mœrent̃. Quæ quidẽ omnes etiam si bonum experant summum illud: quod & p se sufficiens indeficiensq̃ sit: & quo habito nihil ulterius desiderari queat ad hoc tamen puenire ea neglecta quæ illarum forma est charitate: nullo pacto possunt.

XCIX. AEMY. Videris Hæde nũc mihi quidem tecum dissidere: ne dicam præliari. Qui cum dixeris uirtutum fundamẽtum esse fidem: & hac qui careat placere deo nunq̃ posse. paulo post tamen tanti feceris charitatem: ut fidei relinquere aut nihil fere: aut certe nõ multũ loci uideare. HAEDVS. Esse sane maximam omniũ uirtutũ fidem diximus: q̃ huic quasi cuidã fundamẽto cæteræ innixæ: uim decoremq̃ sortiant̃. Sed tamẽ hac ipa maiorem esse charitatem: facile aĩad uerti potest: quãdo quidem nisi p dilectionem fides nihil opat̃: nihil efficit: nihil prodest. Nã ne fundamẽtũ

Rationis due partes

animi superiorem: quā duas item ī partes diuidūt. Quarꝝ
alteram quæ summa est: supernarꝝ æternarumqꝫ rerum
participem faciūt: ꝙ in his contēplādis consulendisqꝫ
tantūmodo uersetur: eamqꝫ ob rē sapientiæ deputata sit.
Alteram uero quæ huic subest præficiūt bene gerendis
huius uitæ rebus: eāqꝫ deputāt scientiæ. Sensualitatē ue
ro esse uim animi inferiorem uolūt: ex qua is motus sit:
qui intēditur in sensus corporis: queqꝫ dudum appeti-
tum esse diximus earꝝ rerꝝ quæ ꝑtinēt ad corpus. Inter
rationem autē & sensualitatē illud interest. ꝙ hāc nō
etiam illam habemus cū beluis cōmunē. Quicquid igi-
tur nobis partes animi gradatim cōsiderātibꝫ occurrit:
quod a brutorꝝ natura longe absit: id rationis initium

Peccandi gradus

est. Porro cum tres sint peccādi gradus. Quorꝝ primus
est suggestio: Delectatio alter: Tercius cōsensus: ut actū
illum prætereamus exteriorē: qui ipa in cōsumatiōe pa-
tratiōeqꝫ opis cōsistit. peccatum nō ante absolutum mor
tiferꝝ ue dicitur: ꝗ̄ præcedentē suggestionem delectatio
sequatur: ad quā accedat deniqꝫ cōsensus. Est igitur pec

Suggestio peccati initium est.

cati exordium suggestio. Quæ siue ꝑ cogitationem siue
per sensus corporis in animum labatur: eūqꝫ moueat: si
modo nostra nō ultra cupiditas ꝓgrediatur: a ratione
cōtinuo ꝓhibita & repressa: uix culpa dicitur. A qua
præter unū christū nō humano semine concepiū: eiusqꝫ
genitricē: quā quidē & esse sanctam & immaculatam

Mater virgo maria sancta & immaculata est.

oportuit: existimo immunẽ fuisse aut futurum neminẽ. Atq; ideo neq; apostolũ paulũ: neq; Ioannẽ euãgelistã Quorũ alter: Quod odi inquit malũ hoc facio. Alter uero. Si dixerimus: quia peccatũ nõ habemus: nos ipos seducimus: & ueritas in nobis nõ est.

CIII. Hoc aũt ueniale peccatum appellat̃: quia uel facile ueniam exoret: uel hac nõ indignũ esse uideatur q; semp nequeat uitari: q; q; charitatis fini nõ cõtrarius sit. Quare nõ illã excludit nec extinguit: a qua ipm potius tanq̃ ab igni aquæ stillula cõsumi solet. Sed ne gratiam quidẽ eiicit: a qua illud ipm nimiũ pstratum debilitatũq; negligit̃. Quod si forte suggestioni cõsenserit pars illa rõnis inferior: quã ad sciẽtiam diximus prime rerũ gerendarũ: quod tum quidẽ fit: cũ animus solũ oblectat̃ eius cogitatione mali: quod nullo tamẽ modo decernit esse faciẽdum partis illius supioris iam cohibitus auctoritate: nõ dubiũ est cõtractum esse peccatũ nihilominus: ideq; mortiferum: q; improbis cogitationibus mens pliбẽter suauiterq; adhæserit: easq; diu tenuerit memoria: quæ ubi attigerũt animũ: mox respui cõtemni q; debuere. Ex quo pspicue intelligit̃ quid eo de malo sentiẽdum sit: quod supior pars illa rõnis: penes quam summa ẽ potestas: uel cohibẽdi mẽbra: uel mouẽdi: nõ modo suauiter cogitãdum: uerũ etiã pficiũdum esse iudicauerit si etiã nõ possit. Est quidẽ id supiore illo lõge

maius: sed minus eo certe quod impletur. Sed tamē utrumlibet mortiferum esse constat: ꝙ homini mortem inferat sempiternam. AEMY. Quid igitur refert malum ne tantummodo cogitem uoluptuose: an etiam id perficiam: si est utrumq; ꝑpetua (ut inquis) punitiōe morteq; plectendum? HAEDVS. Ista ꝑinde dicis: quasi uero non memineris diuinam æquitatem: ut non apud superos. ita ne apud inferos quidem deesse posse: si præsertim hic quoq; uariæ hominum leges scelera diuersa: sed suo quæq; supplicio ulciscuntur. Nō est igitur negandum illic pro culparum qͣlitate quantitate ue statutas esse pœnas reis debitas: nisi priusq̄ hinc decedant uera illas redemerīt pœnitentia: tam & si hoc de iis tantummodo peccatis sentiēdum puto: quæ mortifera sunt: ut luxuria & eiusmodi. Nam quæ suapte natura uenialia dicuntur: ut ociosum uerbum aliaq; id genus: nisi crebro fiant: faciendaq; decernantur. quodam præsertim adiuncto contemptu uel negligentia: damnationi sunt nemini. Et ut breui uelut epilogo rem omnem ꝑstringam primi illi motus qui a fomite ineuitabili ꝓficiscuntur: cląq; menti sumministrantur humanæ: ac subito exiliunt: si confestim cōprimantur repudientur ue a ratiōe. pœnæ tantummodo nō etiam culpæ tribuuntur. Existunt enī ꝑmittunturq; uirtutis exercendæ causa. Sic enī luctantes deniq; post aliquantum cōcertatiōis coronamur. Sed

Pena pctis statuta e.

Venialia pcta

Tentationes suggestionis

nō minus illi quidem motus nos exercēt: qui nō semel solum: sed (id quod iam ueluti quadam ex appræhēsio-ne & usu fit.) iterum & tercio ac deinceps ueniunt in mentem: si modo ĩpura de his cogitatio nō nos oblectet quam ne sancti quidem semꝑ effugere plane possunt. Tum enĩ culpa & si q̃ minima inficimur: si tamen nō negligentes in reprimendis motibus sumus. Quod quidem tum fieri certum est: cum animus postea q̃ satis deliberando ꝑiculum animaduertit: abiicit cogitationem. Sin uero in hac ipa nihilominus ꝙ ea placeat immoratur: quod quidem sine rationis consensu quodam uidetur nō esse posse: eo certe accedente (ut est ante dictum) in mortiferum labimur. Sed fit nonnunq̃ ut diuinitus adiuta rō in iam excitatam cupiditatem fortiter ĩsurgat eamq; cohibeat et frangat. In quo magna quidem uirtutis nostræ gloria uersatur. Quæ cum ita sint corruptaq; ab origine natura sit ad malum: nō etiam ad bonum ꝓclitior in hac utiq; uita sine culpa mortifera esse quisquam potest: sine ueniali nemo potest. Quæ quidem (ut ante diximus) neq; tollit neq; ĩpedit charitatē quo minus ardeat. Sed ab hac tollit᷑ potius: eoq; citius absumit᷑ quo hæc ipa extiterit ardentior. Quod nō item licet de mortifera culpa dicere. Quæ cū charitati ueluti uenenū quoddam aduerset᷑: eam omnino corrumpit ac extinguit. Itaq; ueniali cum peccato quod quidē actui charitatis:

non etiam habitui cōtrariaē: charitas pfecta esse potest cū mortifero aūt ne esse quidē potest: q̄ nequeūt cōtraria cōiungi simul ue psistere.

CIIII. Nam a superueniēte altero pelli alterꝝ tolliq3 necesse ē. Quare nō dubiū fuerit charitatē posse mortifera uel una culpa auferri atq3 amitti. minui aūt nunq̄: modo extet. sicut nec lampadis quidē ignis cui illa cōparaē cessat ascēdere q̄ diu extat: tā&l si nisi quis malicia labaē cito resipiscit: in eoq3 nō multo post recupaē charitas: quæ quōdā in negāte beato Petro potius sopita diciē fuisse q̄ extincta.

CV. Nā aut errore ignorātia ue: aut infirmitate fragilitate ue: aut deniq3 astu studio ue peccaē. Sed primū illud peccādi genus ueniā facilius mereē q̄ secundum. Terciū aūt uix mereē: nō q̄ nequeat: sed q̄ uel nunq̄ uel rarissime quidē uelit. Id enī maliciæ ꝓpriū esse solet ut peccatū negari malit q̄ fateri: tueri q̄ emēdare: emori deniq3 q̄ pœnitere.

CVI. Verꝝ ut ad rem intermissam redeamus: illud hoc loco nō nesciēdū est humanæ charitatis pfectionē in eo potius uersari: ut q̄tum ualemus diligamus. Quod sane trifariā cōtingit. Ac primū quidē hoc modo: ut ip̄o semp actu in deum corda nostra pferanē: de illo semp cogitēt: semperq3 ad illū dilectione moueanē. Sed quoniā humana id infirmitas neq3 sinit neq3 potest. necesse

est fateamur hoc pfectionis genus in patria esse foreq̃
tantummodo. Alterũ uero genus est: quod & si hic pos-
sibile uidetur: nõ tamen est oĩbus charitatem habentib9
cõmune: ut cum quispiam cæteris neglectis reb9 præter
eas q̃s necessario postulat natura: omne studium: om-
nemq̃ diligentiam in dei cõfert obsequiũ ac cõtempla-
tionem diuinarum rerum. Tercium autem est pfectio-
nis genus: quod quidem habentib9 charitatem cõmu-
ne est omnibus: ut cum quis ita quidem habitu suum
in deo cor locauit: ut nihil agat: nihil uelit: nihil cogi-
tet: quod diuinæ quouis mõ dilectioni possit esse cõtra-
rium. Ex trib9 igitur his generib9 id solum plane pfe-
ctum & dici & esse cõstat: quo in patria fruemur. Atq̃
ideo (ut istam tandem quæstionem absoluam Aemylia
ne.) nõ augeri illud posse: q̃ (ut inquit apostolus.) deus
ibi sit in oĩbus omnia. Duorũ aũt reliquorũ quæ huius
uiæ uitæq̃ dicunt̃: & si alterũ ẽ altero pfectius. neutrũ
tamen ita simpliciter pfectũ est: quin charitas crescere
semp queat & augeri.

CVII. AEMY. At ista omnia ppendenti mihi
uident̃ esse quidã in charitate gradus. HAEDVS.
Sunt utiq̃ quãdoquidẽ in huic contrariis peccatis gra-
dus quoq̃ esse nõ dubiũ est. Vt enĩ (queadmodum ante
dixi) suggestiõe in primis: tũ delectatiõe: deniq̃ cõsensu
ueluti trib9 ad peccatũ gradib9 puenit̃: ita ipius quoq̃

peccati præter eas de quibus proxime diximus, tres existūt differētiæ: quod corde: facto: consuetudineque peccatur. Verum his omnibus in gradibus quo magis processeris: eo grauius scelerariusque peccaueris. Nec aliter quidem fit in gradibus charitatis. In quibus item quo magis quis profecerit eo promptior ac feruentior efficitur: summæque illi perfectioni propinquior. Tres autem eos esse ex Augustini uerbis non difficile colligitur. Inquit enim sup epistolam Ioannis primam. Cum fuerit nata charitas: nutritur. Nutrita uero roboratur. roborata perficitur. Sed cum uenerit ad perfectum: dicit cum apostolo. Cupio dissolui & esse cum christo. Postquam igitur charitas diuinitus infusa est nata: id est ab homine suscepta: nutritur ac fouetur: ne forte corruptionis quid contrahat. Qui sane gradus est incipientium: quorum maxime studium in peccati desertione oppugnationeque uersatur. Nutrita uero charitas fotaque roboratur. Qui gradus est secundus: & potissimum ad eos pertinet: qui maxime student ut se in bono proficientibus augeatur charitas: roboreturque crescēdo. Tercius autem gradus est eorum qui iam roborati perfectique id maxime curant: ut deo adhæreant: eoque fruantur. Sed quemadmodum hi proficere contendunt nihilominus: quanquam ut adhæreant deo magis enituntur. ita incipientes quoque ac proficientes: tamen & si idipsum quære re & factitare solent. sollicitiores tamen circa sua quædā

ſtudia exiſtunt: q̄ alteri in reiiciendis uitandiſq; pecca
tis: alteri in uirtutibus parandis: ac exercendis potiſſimū
elaborant.

CVIII. AEMY. At eiuſmodi cura laborq; hoīs
quid ualeat nō ſane uideo: ſi nō niſi a deo initiū chari-
tatis pfectioq; habet. Nā & apoſtolus inquit ꝓpriū nō
eſſe neq; uolentis neq; currētis i. laborātis enitentis ue
hoīs: recte quicq̄ agere uel cogitare. Sed id muneris ex
miſericordia dei meraq; liberalitate ꝓficiſci: quippe qui
dona ſingulis ꝓ ſuo impartit arbitratu. Et Ieſus ipe ait
Spiritum ſanctum niſi ubi uult nō ſpirare. Et alio loco.
ad ſe uenire poſſe neminem: qui non a deo patre tractus
ſit. Videt igit deus quoſdam ꝑmittere: quibus gratifi
cari nolit. Quod ſi ita ē: fruſtra quidem his præcipit: ut
charitati dent operā. Dānabunt etiā iniuria: quando-
quidē gratia uacui id efficere nō poſſunt quod mādat.

HAEDVS. Et ſi deus Aemyliane nō iccirco īiquius
aut haberi aut ēē poteſt: q̄ hoīb; īgratis atq; prauis nul
lū oīo donū: nullā ue gratiā largiat. (Nō eī quod mera
ex liberalitate fit: id cuiq̄ debet ullo mō: atq; ideo ne ī-
iuſticia quidē ē: nō tribuere quod nō debes.) quia tamē
ille lōge omnium clemētiſſimus uult oēs eos ſaluos fore
quos fecit: utiq; grām ſuā negat nemini: q̄q̄ hac tādē ca
reant oportet: qui ſeſe ad eam ſuſcipiēdā minus ꝑparāt:
diuinūq; aut nō ſequunt aut negligūt īſtīctū. Ex quo

Labor ad salute ex nobis n[on]

Predestinationis diuine presentia

sententia notabilis

deus vult oes saluar[e]

fit: ut quemadmodum gratiam suscipientes: in illa profi
ciunt in dies magis: tandemq; si pseuerauerint: præmio
afficiunt sempiterno. sic illã spõte negligẽtes quibus ob
id ipm ea recte a deo iusteq; subtrahit. indurant in ma
lis: fiuntq; ut scelerum ita quoq; indeficientium suppli-
ciorum serui. Non igit existimãdum est quæ opposui-
sti ea uel ab apostolo uel a Iesu iccirco esse dicta: ut in
telligeremus deũ nõ nisi quibusdam gratificari: qui tan
ti fecit humanũ genus: ut p illo pperi uoluerit christum
suum. Sed ut disceremus hominẽ nisi deo inspirãte ne
cogitare quidem bonum posse: nedum uelle aut pficere
Quorum primum ille sine nobis: alterum nobiscum: p
nos uero ipos opatur tercium. Nõ enim efficit deus ut
nolentes: sed ut uolẽtes & fiamus & simus boni. Alio-
quin arbitrium humanum iã liberum non esset. Itaq; il
lud misericordissimi dei patris trahere nihil est aliud q̃
hominibus gratiã impartiri suam. Qua eos præueniẽdo
unumquemq; ad recte uiuendum nõ modo mouet: exci
tat: hortatur. uerumetiam adiuuat & fouet. Non igitur
quispiam damnatur: nisi uelit. Vult autem is qui diui-
næ gratiæ repugnans: deũ ipm quo nihil est amabilius:
non amat: eamq; obrem ne præcepta quidẽ eius seruan
da esse cẽset. Nunq̃ igitur pq̃ iustus deus dedisset eius-
modi præcepta: nisi gratiã clemẽtissimus ante tribuẽdã
statuisset: q̃ illa seruari pficiq; possent.

Gra dei preuenit legẽ ut adimpleri posset per illã.

CIX. AEMY. Cupio hoc loco Haede maxime cognoscere quid appellatione gratiae intelligendum sit. Nā ueteres in quibus est Cato ille Censorius malam gratiā ꝓ iniuria uitu patiōeq̃ dixerunt HAEDVS. Existimo Aemyliane omne donum dei recte gratiam uocari: q̃ ille (ut ante diximus) & si hoībus nihil debet: tamē ne suspicātib⁹ quidē nobis saepenumero beneficia largit̃ & multa & magna. Sed ea gratiae peculiari proprioq̃ noīe appellāda esse sentio: quae ad animū magis spectāt q̃ ad corpus: ut praeclaꝝ ingeniū: ut mēoria singularis: ut sapia sciaq̃ & uirtutes oēs: e quib⁹ illā de q̃ loquimur facile omniū esse maximā: semꝑ est a nostris iudicatum. Nō enim uideo quid homini salutarius ab immortali deo potuerit cōferri q̃ charitatē: quae nos illi & gratos efficit & cōiungit. Eadem igitur nimiꝝ aut gratiam summam esse: aut ab hac non abesse dixerim. AEMY. Sequit̃ aūt isto mō: ut qui diligit is iā gratiā diuinā charitatē ue accepit.

CX. HAEDVS. Ita sane si tamen quae charitate sunt diligēda: ea quēadmodū diligēda sunt: & diligit & amat. AEMY. Equidē nō deū mō: ueꝝ etiā ꝓximū diligēdū esse cōstat. Sed quae ꝓximitatis appellatōe intelligant̃: ea nō oīo scio. HAEDVS. At Augustinus quatuor esse inquit: quae diligi oporteat. Vnū quidem (id quod supra nos existit) deū. Alteꝝ uero: quod

ne dei nom quid intelligendum.

que proprie dei nomine censentur

quatuor esse diligenda

nos sumus. Tercium quod iuxta nos .i. ꝓximum. Ac po
stremo quod infra nos ē corpus nostrum. Cum enim ea
quæ ex charitate ducit̃ amicitia sup̃ beatitudīs cōmu-
nicatione fundata sit: utiq; deus a quo est beatitudo: di-
ligēdus ē in primis. Deinde ii qui sunt beatudinis par-
ticipatione coniūcti. Extremū aūt hoc cōmunitatis ge-
nus duplici de causa diligibile & uideri & esse potest:
uel ꝙ unū est nobiscū: eaq; rōne se quisq; diligit: uel ꝙ
nobiscū in societate beatitudinis uersat̃. Quod quidem
ad eum ꝑtinet amorem: quo erga proximos cum homi-
nes: tum angelos affici debemus. Proximos autem ho-
mines dicimus eos: qui natura quæ a deo est: æternæ bea
titudinis capaces esse possunt: & si nūc forsitan peccāt:
maleq; uersant̃. In quibus utiq; natura est ipa nō etiā
culpa diligenda: quam ꝓculdubio neq; in propinquis
neq; in parentibꝰ: sed ne in semetipo quidē ferre quisq̃
debet: ac non maxime odisse. Quare cum christus iu-
bet ut inimicos etiam amemus. ita quidem iubet: non ut
id quo nos prosequuntur odium: eos ue tanq̃ aduersari
os hostesq; diligamus: quod quidem iniquum esset ac
nefarium: sed ut dolendo ꝙ tales sunt: eorum tātummo-
do naturā uel in genere amemus. Nō enī a ꝓximi dile
ctione illa generali inimicū excludere nobis licet. Vt
cū exempli gratia: aut ꝓ christianis populo ue ꝑcamur
aut aliquod impēdimus beneficiū reipublicæ. Nā si tum

Proximi qui

quomodo hostes diligendi

huiusmodi beneficiũ & dilectionis signũ etiã inimicis exhibeamus. Est id quidẽ saluti nostræ nõ utile solum: sed etiã necessariũ: ne si forsitã eos putaremus excipiendos (id quod ad libidinẽ uindictæ nõ dubiũ esset ptiere) mox cõtra dei pceptũ ultionẽ in eos nõ tã opasse q̃ quæsisse uideremur. Verꝝ eniuero nõ necesse ẽ: ut seorsum a pteq; ostendamus inimicis quæuis indicia significationesq; charitatis: q̃ q̃ hoc erga eos animo semper simus oportet: ut illis ipis necessitatem ppetientibꝫ subueniamus. Ac hosti quoq; nõ admodum egẽti benefacere: homĩs & magnanimi esse censeo & pfecti. Quippe qui nõ tam acceptam iniuriam esse obliterãdam: q̃ inimicum ad sui dilectionem alliciendum: sibiq; recõciliãdũ existimauerit. Sunt igit̃ oẽs hoĩes diligẽdi: qui hac in uita uersant̃: si etiã fortasse nobis eoꝝ quidã aduersent̃. Sed deo cõtrarius: ne ppĩquus quidem ẽ amãdus. Est inquã is odio habẽdus magis: nõ q; ppĩquus familiaris ue sit: sed q; ĩ deũ peccet: nosq; fortassis ad peccatũ trahere conet̃. Huic itaq; nõ tã parẽdũ obsequẽdumq; nõ est: q̃ obiurgatõe factoq; si expediat repugnandum.

CXI. AEMY. Assentior quidem. Sed illud admodum me mouit Hæde: q; angelos dixeris nobis esse proximos. (Angeli pro: ximi nobis) Nã & si participes sunt eius quam optamus omẽs beatitudĩs sempiternæ: quoniã tamẽ illi & specie a nobis absunt & natura: neq; nobiscũ uiuũt: neq; cerni

deniq; a nobis ualét. nõ uideo quid amicitiæ quæ cha-
ritatis est ꝓpria: inter nos atq; illos esse cõtrahi ue que-
at: eamq; obrem ne ꝓximitatis uestigium quidẽ ullum.
HAEDVS. At cũ recte ꝓximi dicant nõ ii modo:
in quos a nobis benignitatis aliquid cõferũ. uerũ ii quo
q; qui tũ obsequia nobis præstãt: tũ beneficia: quis dubi
tat sanctissimos beatissimosq; angelos rite ꝓxios a no-
bis debere & dici & haberi: quãdoquidem nos in pri-
mis amãt: pmultaq; sæpenũero humano generi officia
impendũt misericordiæ: hoc ipm instruẽdo: custodiẽdo:
tuẽdo: plurimisq; de malis eruẽdo. Qua certe significati
one amicitiæ nulla (ut reor) esse potest neq; a prior neq;
maior. Et si uero illi a nobis natura specieq; differũt: nõ
tamẽ cõmunitate fœlicitatis. Erimus eĩ in cælo post re-
surrectionẽ illis nõ dissimiles: æternæq; beatitudĩs socie
tate cõiuncti: quãq; hic quoq; cũ his ipis secundũ mẽtẽ rõ
nẽq; cõmunicamus: uiuimus. & eos quodã mõ sed imp
fecte quidẽ intuemur & contemplamur: quos in patria
nimirũ pfecte p̃læq; uidebimus: si deũ etiã ipm (ut euã
gelista Ioãnes inquit) haud aliter q̃ est cernemus.
CXII. AEMY. Vereor ne isto pacto sit dicendũ
demones quoq; a nobis esse diligẽdos: cũ præsertim &
hi angeli existãt: nec a boĩs illis beatisq; spiritib; quicq̃
eos separet præter culpam: quæ certe sicut peccantium
hoĩum odio habẽda est. nõ eorũ etiã natura. Sũt quoq;

Proximi qui sunt

Angelorum obsequia hominibus prestant

Resurrectio beatorum gloriosa

nobis sæpenũero & utilitati & lucro: ꝙ hoꝝ tentatio-
nibꝫ atqꝫ molestia exercitati coronamur. HAEDVS
Et si nõ uiciũ in peccãtibus (ut ante dixi) sed natura est
diligẽda: idqꝫ tãtisper: dũ illa beatitudinis æternæ parti
ceps fieri capaxqꝫ esse potest. postea tamẽ nõ uideo cur
diligẽdã existimemus: nisi forte queadmodum iumenta
cæteraqꝫ bruta quodãmodo diligimus optamusqꝫ ꝑma-
nere: tum ob gloriã diuinã: tum etiã ob humanã quan-
dam utilitatẽ. Quare de demonibus æque sentiendum
puto: qui neqꝫ beatitudĩs capaces: neqꝫ uolentes utilita-
ti nobis esse possunt. Quæ si sequi nõnunq̃ uideat̃: id
ex diuinæ potẽtiæ instituto atqꝫ ordine: nõ etiã illoꝝ ex
intẽtu charitate ue quã nullã habẽt: accidere certum est.
Non enĩ queũt nobis boni quicq̃ aut optare aut uelle:
sed (id quod eoꝝ est propriũ) inuidere: insidiari: obesse.
Quãobrem nobis ne amicitia quidẽ ulla cum illis esse
potest.

CXIII. AEMY. Veꝝ si exp̃ria tum beatitudĩs
tum rõnis amare nõ tenemur ꝙ erga nos charitate ne-
queũt moueri: maxĩe aũt ea quæ nobis ꝑiculo existunt:
& obesse solẽt. uelĩ explices q̃ de causa corpus hoc no-
strum quod q̃rto posuisti dilectionis loco diligendũ sit
a nobis: quos redamare nullo pacto potest: ut ominã ꝙ
nõ modo nõ paret rõni: uerũetiã refragat̃: eaqꝫ ob rẽ as-
sidue nobis ẽ: & ꝑturbatiõi & cladi. HAEDVS. Et

